

Idiom sine elucidari⁹ difficul
tatum circa officium misse. . .

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUISBURG



Quædam? oim difficultatū arcā
officiū misse cōcurrēciū. **F**ris **B**er-
ō parētis. ordīs p̄dicatoꝝ. p̄uidē
tholosā. cōuent? orthēsi i valscōia
q̄ i hoc ope seq̄t̄ illust̄issimū ac exi-
mij doctois sc̄ti **T**ho. de aq̄no. defia-
tōes a dēā q̄ ad cōclusiōēs q̄ alit̄
liliū misse nūcupat̄. **I**ncipit felicit̄

Incipit Epistola

Reuerendissimo in x̄po
patri ac suo p̄re ceteris
dño speciali dño **P**. di-
uina p̄uidētia ep̄o al-
biē. vester humil̄ famul? **B**er-ō
dimis p̄dicatoꝝ a cōuent? orthēsi
semetip̄m ad omne b̄ficiū p̄ salu-
te **A**ltitudo diuiciāz sapiētē et sciē-
cie dei cui? iudicia in cōprehēfabilia
et vie iuestigabiles dimoscunt̄ lar-
ga manu a p̄ moderamē p̄sone v̄-
stre beatitudinē suoz doct̄ibz mune-
rum multiplicat̄ insigniuit̄. tum et il-
lustre genē. venustū corpe. ingeio
p̄ditū. moribz cōpositū. in cōsilijs p̄-
uidū. in agēdo strennuū. in loquen-
do modestū. in p̄speitate timidum
i aduersitate securū. ad oia arcū
sp̄ctum. illorum quatuor aialium
q̄ a n̄a retro a i arcūitu habere ocu-
los p̄uidētie describunt̄ imitator̄ eꝝ
feruidum. a qd̄ p̄cellit̄. deo deuotū
sua p̄uidētia vos effec̄t vt sic fi-
tis vobismetip̄i sufficiens subiect? **U**-
tilis deo gratus **H**ec dixerim nō
vt adulatoris expeterē stipendiū. s̄

vt magis virtus laudāda crescat
cum sentēcia sapientis **H**inc est di-
lectissime domine q̄ cōsideratis attē-
tis et mente reuolutis emulatione
diuina et affectōne iterna. qua ad
me sine meis meritis afficiami **E**cce
iam feruet. iam ebullit mens. amiz-
mus ad scribendū a mittendū v̄re
dñadomi celebri opinione cōspicue
quā audio ab ineunte etate libera-
lium artū disciplinis imbutā sa-
cris legibz refertā et diuinis litte-
ris informatā v̄nū opus quod sup
officiū misse cōposui cum labore ni-
mio et sudore: **I**az em̄ p̄ns opuscu-
lū qd̄ ab inicio metuculosū fuit ani-
mosius ex amore nō min? impus-
denter q̄ impudenter p̄dit appet-
tit ad palpebras populares seqz te-
merariū audiētē vulgari exponit̄.
ip̄m securi? tñ lateret in sinu cōsciē-
cie v̄re et prudētus inter silēcij car-
dines claudere tur **N**ihilominus
amore illectus et tract? ego in ob-
scuro latitās et sub medio fuigās
lucerne sup candelabrū posite tene-
bras meas p̄sumo ingerere. et qd̄
sine fictōne didici v̄stre cōmunica-
re sine inuidia sanctitati **N**olo im-
doctus doctū docere aut egrotus be-
ne habēti a habūdātī vino a oleo
spirituali cōficere remediū medicā-
ne **E**go em̄ su? celsitudinis v̄stre
nō habeo nisi modicū olei quo vn-
gar. p̄mmo paululū aceti quo sub
diebz estiuis liceat mihi cū melloi-
bus vobz bucellaz panis itingere



talentū etiā nō habeo sed minutū
quod in gazophilaū ponaz. **H**oc
ergo opusculū quod adhuc p̄ter
scriptorē - oculi hōim nō viderūt in
ea ruditate qua conditū est auz mē
tis alacritate benignitas v̄ra susci-
piat. affectū cōsiderans nō effectū
quod nō discendū sed corrigendū
offero. tanto patri. v̄t si quid illi
atū fuerit reducat ad limam. im-
politū referat ad fabricā. retortū
p̄prie reddat inaudi. et in compo-
situm suo artifici reportet. censuram
potius expectās q̄ gratiaz expetens
Et in hoc hūmam p̄mij cōstituens.
si nō reidatur. si nō exponat. si tan-
dem quod maximū est indulgētiaz
mereatur. **L**icet em̄ hoc op⁹ nō Au-
gustini irriget flumib⁹. nō thome
roboret claris firmisq; demonstra-
tionib⁹. non hylarij intonet fulmi-
nib⁹. nō eloquētie gregozij splen-
dōrib⁹ fulgeat. non argētis sentē-
ciāz margaritis resplendeat. non
tamē omphare p̄culcandū. **H**a-
bet em̄ vnde sacerdotes simplices
saltem p̄fiant. et salubrius se dis-
ponant ad altaris sacrificiū in quo
patris filius p̄molat. quos non
pudeat rosam in spineto querere. et
in vase luteo mellitū poculū iuveni-
re. **S**i autē stilus isti⁹ epistole aut
operis delicatis aurib⁹ sonare. ali-
quid durū inspidū aut incōpositū
videat. parate mee simplicitati. ru-
ditati. et ignorātie. que magne sūt
et extense. v̄ram p̄claram domināci

oneim aseruet deus incolumem. red-
dat mundo celebrem. ecclesie sacte
vtilem. et tandem in excelsis corōā
bilem. ille qui est corona et gaudi-
um beatorū cuius dominatōnis ad
altare domini me comitat. mēoria.
illuc mencōnez eius deferens. vbi
honestā cogitatio p̄mij. et illiāta
supplicium p̄meret. **P**laceat ergo
vestre benignitati me v̄strū sacer-
dotem et famulū et v̄stris cōspecti-
bus indignū. vna cum ordine meo
habere in vestre caritatis viscerib⁹
cōmendatū. **D**atū et cōpletum tho-
le saēi vigilia bti dōmici. **A**nno dñi
M. CCC. quadragesimo scđo
Expliat Epistola.

Incipit Prologus

Quoniam clamitat sapiēs
p̄scrutator maiestatis op-
rimetur a gloria id circo
nullus existimet hoc officij suffitē-
ter expositū ne forte cum humanū
opus extulerit. diuinū extenuet sa-
cramentum. **S**unt enim in hoc offi-
cio tot et tanta preclara misteria in-
uoluta. v̄t n̄llus eorum sensum nos-
cat. aut sufficiat explicare nisi vnc-
tione spiritus sancti fuerit perlin-
tus. quapropter ego reus et nesci-
us. nō preualens hippientibus oau-
lis solem in rota conspiciere. tanti et
tam preclari misterij maiestātē q̄si
per speculum et in enigmate mihi
visus sum intueri. nec penetās ad

interdicia. sed pie foribus stans in ves-
tibulo post messorum boz spicas
colligens non sufficiens ut volui. sed
fecit quod potui diligenter. presertim
cum tunc actu in officio lectoris quod
vires meas excedebat fuerim occu-
patus Equidem minor in singulis di-
uisus ad singula. vix potui meditan-
da capere. nec concepta dicere. aut
scribere stilo rudi. Quo circa non so-
lum imploro locum beniuolum. sed etiam
liberum desidero correctorem. me et
omnia correctioni sancte matris roma-
ne ecclesie subiacens. nec non et ordi-
ni sancti. qui semper veritatem docuit
et dilexit Hanc mercedem solus hoc
opusculi. apud homines expectas
ut ad piissimum iudicem pro me pecca-
tore deuotius fundant preces. qui li-
quidem nouit qua cordis intentione
tractatum hunc egeris. et si non mul-
tis saltem. aliquibus tamen aut mihi so-
li vel in modico proficiam in quo pro-
dinem omnia prosequor mouendo du-
bia aliqua utilia. ac etiam curiosa.
in quibus ut in pluribus sequor senten-
tiam doctoris preclarissimi sancti thome
nostri ordinis. et doctrina lucida.
ut sol et luna tota ecclesia illus-
tratur In quibusdam autem alijs. et
in casibus iuris sequor viam tutam et
doctorum meliorum. nullum addens du-
bium de capite singulare. et ut ap-
tius totius huius tractatus processus
legentibus appareat. pro modum
prologi hoc premitto. quod in tres diuis-
datur partes principales In qua

rum prima agitur. de quibusdam
predecessoribus que sunt quinque. que ipsae
reddunt valde gloriosum et lauda-
bile. ut inferius apparebit. In secun-
da agitur de hoc sacramentum proficien-
tibus. que ipsum reddunt ineffabile.
que sunt duo materia scilicet et forma
In tercia et vltima parte agitur de di-
uersis periculis circa hoc sacramentum
contingentibus que ipsum reddunt ad-
mirabile. que sunt. xiiii. et videbitur
de singulis deo dante Nec enim sunt
necessaria cuiquam accedenti ad tan-
tum misterium celebrandum. Primo
ut sciat seipsum disponere aptius
Secundo ut sciat ipsum proficere deuotius
Tercio ut sciat periculis si contin-
gant obuiare cautius Et ut clarum
hec valeam explicare propter pri-
mum spiritus sancti clementiam qua
cuncta bene disponuntur. propter se-
cundum de patris potentiam qua
cuncta proficiuntur. propter tertium dei
filij sapientiam qua pericula evitan-
tur et omnia caute agunt suppliciter
inuoco et imploro Nam quis nouit
ordinem celi et ponet rationem
eius in terra puteus enim altus est.
et in quo hauriam aquam non ha-
beo nisi ille porrigat qui non imp-
perat. sed dat omnibus affluenter.
quo propinquant hauriam in gaudio
de fontibus saluatoris.

 **Explicit prologus**

Incipit Collatio

Omnino non sum dignus
 ut tres sub tectum meum
 Mathei. viij. ad reliquias
 preciosas non debet
 accedere nisi cum reuerentia et timore.
 et quantum poterit digne figura habet
 exprophetis se habet. ij. reg. de illo oza qui ad
 archam domini ubi erant manna tabule
 testamenti. et virga aaron presumptuose
 accedens et indigno eam tangens.
 statim a domino est percussus. Carissimi
 reliqua preciosissima est dei filii. qui est
 sanctus sanctus oza. qui bene reliqua preciosissima
 dei dicitur potest et est. Idcirco reliqua preciosa
 in vase cristellino ponitur. ut ibi a
 simplicibus adoraretur sic dei filius. qui in
 seipso videtur non potest ab oculo corporali
 quia nemo deum vidit unquam. Jo. j. ut a
 nobis videri posset et adorari. positus
 fuit in vase cristallino preciosissimo. i. humanitate. de purissimis sanguinibus
 virginis assumpta. et ab omni peccato
 et macula depurata. que facta
 videri potuit et adorari. Juxta illud
 Jo. j. Verbum caro factum est et se
 quitur Vidimus gloriam eius. Unde
 thomas. ipse videns et palpans
 statim exclamavit dicens Dominus
 meus et deus meus. Luce. xxij.
 Hec enim reliquia tam preciosa. nunc
 nobis exhibetur adoranda. nec non
 et sumenda. sub velamento specierum
 panis et vini in sacramento altaris.
 de quo nunc agere proponimus
 et hoc virtute verborum illorum christi

qui sunt Math. xxvj. Hoc est corpus
 meum etc. Ad tam ergo preciosam re
 liquiam et venerabile. primo verum
 ineffabile sacramentum. nullus debet
 accedere. nec etiam de ipso loqui
 legere nisi cum reuerentia et timore.
 alias non fumeret seu reciperet. ad
 utilitatem. sed potius ad mortem
 quia secundum apostolum ad cor. xj. Quis
 cumque manducat et bibit indigne
 iudicium sibi manducat et bibit etc.
 Si ergo ille oza archam domini
 ubi erat manna. indigne tangens.
 et ad ipsam accedens. ita subito vi
 dione diuina est percussus. quid fiet
 de accedente indigne et imparate.
 ad tam mirabile sacramentum. Vbi
 non manna. sed verum corpus christi
 continetur per verborum efficaciam. to
 ta enim diuinitas. per quamdam com
 mitantiam. angeli etiam per misteria
 lem assistentiam assunt. et ideo ca
 ueatis et digne ambuletis. vocati
 one qua vocati estis. ad Ephes. iij.
 Ex hijs dictis patet quod ad reliquias
 preciosas adorandas seu tractan
 das non debet quis accedere nisi cum
 timore et reuerentia. et in sacramen
 to altaris et missae accedit sacerdos
 ad christum saluatorem nostrum. non
 solum adorandum. primo ad confi
 tendum et sumendum. ergo quilibet
 debet accedere. cum maxima reue
 rentia et timore. dicendo verbum as
 sumptum domine non sum dignus etc. Vbi duo
 necessaria omni accedenti continentur. Pri
 mum est recognitio diuine maiestatis. ibi

dñe. scdm est confessio pprie fragilitatis
 tatis. ibi. non sum dignus. De pmo
 nota. qd recōgnitō dei consistit non sō
 lum in verbo. sed in facto. quia s̄m
 greg. p̄batio dilectōis exhibitō ē
 operis. Non est dubiū. qd sacerdotē
 et cleriā verbo cotidie recōgno
 scant deum et dominū. qz cotidie di
 cunt dñs vobiscū. Ad dominū cum
 tribularer. Dñe dñs nr et h? moi s̄
 talis recōgnitō vocalis et verbalis
 modiciū valet. nisi etiā h? facto mon
 strāet. sibi obediētō. obtempāto p̄
 ceptis et mandatis eius. qz s̄m qd
 ip̄e dicit. Math. vij. Non ois q̄ di
 cit mihi dñe dñe introibit i regnū
 celoz. sed qui facit volūtatem p̄ris
 mei q̄ in celis est. Circa scdm nota
 qd quilibz debet dicere. Dñe nō sum
 dign? Nā s̄m aristotile. forma nō
 dat esse in quāqz materia. nisi i dis
 posita et p̄ata. Forma dās eēnō sō
 lū corpale. verū etiā spūale ē filius
 da. in sacramento cōtēt. q̄ nō solū dat
 esse. p̄mo etiā viuere in eternū iux̄
 illud. Job. vij. Qui māducat hunc
 panē viuet in eternū. Et ideo qz d̄z
 ecc. ix. Nescit hō vtz odio vel amo
 re dign? sit. Idcirco debz dicere. nō
 sū dignus ac p̄pter qd saltē qd in
 nobis ē faciā. iux̄ta cōsiliū apli
 ad colōcē. j. Ambuletis digne
 deo p̄ oia placētes. Quilibz debz co
 nari vt digne et scē et deuote acce
 dat ad celebracōez misse. Hoc aut
 fieri poterit. si sciat p̄cedentia et dis
 ponentia ad istud sacramētuz q̄ sūt

valde notabilia. si agnoscat neces
 saria et p̄ficientia h? sacmētū. q̄ sūt
 mirabilia. Si etiā certe intelligat.
 et p̄ficiat picula cōsequentia et inni
 nētia circa h? sacrificiū. et eis obuis
 are si occurrāt talia. Et circa h? tria
 tota lecturā et tot? tractat? versas
 bitur. deo dāte q̄ ē bñdicit? i secula

Explicit collatio

Incipit Tractatus

Tractandum est nūc in
 hoc tractatu quō quis
 digne et reuerenter ad
 h? sacmētū accedē debe
 at diuidit aut iste tractat? in tres
 ptes p̄ncipales. In p̄ma agemus
 de quibusdā p̄cedentibz. In scda age
 mus de ip̄m sacmētum p̄ficientibz.
 In t̄cia de picul? circa h? cōtingētibz.
Ex p̄cedētibz. reddidit h? sacmētum
 valde gloriofū et laudabile. **E**x p̄fi
 cientibz. reddidit valde venerāduz et
 ineffabile. **E**x cōtingētibz. picul? red
 dit timorofū. et qd debem? aduer
 tere diligent et sollicitate. **P**rima ps
 p̄ncipal? subdiuitur i quz capitula
 s̄m qd quz sūt p̄cedentia q̄ ip̄m sac
 mētū reddūt gloriofū et laudabi
 le. et sūt hec p̄ ordinē. **P**rimū ē de p̄o
 diuersoz noim celebritate. **S**cōm
 ē de scdo scz ip̄oz instituentū aucto
 ritate. **T**ercū de tercio scz ip̄oz
 mīstroz s̄uētū dignitate. **Q**uātū ē
 d̄ q̄rto. s. vestimētoz decēciū m̄l̄ t̄pli
 citate. **Q**intū ē d̄ quinto. s. instrumētoz
 cōcurrētū m̄l̄ t̄foritate. **D**e istis aut
 aij.

per ordinem nūc est p̄mo agendū

De Primo p̄cedēte. ca. i

Primum p̄cedens q̄d facit sacramētū gloriofū et laudabile est diuersoz noīm celebritas. Dico p̄mo q̄ ad hoc sacramētū debemus accedere cum reuerentia et timore et digne q̄d oñ dicitur p̄mo. ex diuersoz noīm celebritate. Vocatur em̄ hoc multipliciter. Nam dicitur sacramētū. missa eucaristia. hostia imolatio. cōmuio viatiā. sacrificiū. actio. vt ex diuersis capitulis colligi potest.

De primo noīe quō dicitur sacramētū. Primo dicitur sacramētum. Et circa declarationem huius noīs. Notandū q̄t modis dicitur sacramētū. Et dicēdum s̄m q̄ dicit hugo de sancto victore in libro de sacramētis. q̄ sacramētū dicitur multipliciter. Primo large. sic sunt illa p̄ q̄ fideles disponunt ad bona. vt cineres. aqua b̄ndicta. et huiusmōi et sic missa dicitur sacramētū. Secūdo magis p̄prie. scz p̄ q̄busdā dispositionibus ad verā sacramēta. vt est cathedra mus. et baptisteriū. et vestes ad missas. Tercio mō magis p̄prie. et vere. sicut illud in q̄ virtus diuina secreta. opat q̄ sic diffinit. Sacramētū est inuisibilis gratie visibile signū. cū causa eius existat et ymaginem eius gerat. et sic accipiendo p̄p̄issime sacramētū. missa dicitur sacramētū. Et b̄n sacramētū

dicitur potest triplici rōne. Nam sacramētū dicitur vno mō quasi sacramentē. In missa autē mens sacra. Vel sacramētū dicitur quasi sacre rei signū. Digna em̄ exteriora scz panis et vinū figuratur verū corpus xp̄i ibi existentis. sicut habet. iij. q. i. Multi secularū. Tercio dicitur sacramētū. q̄si sacru secretū cuiusmōi est hic. qz res sacratissima scz corpus xp̄i ibi continetur.

De secūdo noīe quō dicitur missa. Missa dicitur q̄d duplici rōne. Primo rōne angeloz qui ibi mittuntur. Secūdo rōne filij dei. q̄ ibi mittit a deo patre. Tercio rōne nostri. qz p̄ misterū sacerdotis. q̄ mediatoris vice fugitur inter deum et hominē. vota nostra mittim. et p̄ces deo fundim. ibi. vt sic de. mittat nobis benedictionem et gratias. Quarto rōe assistentiū scz cathedra minorū. qui foras mittebant. antiquitus in ecclesia p̄nitua. vt dicit hugo. Tunc em̄ solebat dyacon. lecto euangelio clamare dices. Exite cathedra mini. qz sacerdos secretū incipit. Ratio autē expulsionis erat. qz illi erāt sine sacramēto baptismi q̄d est fundamentū alioz.

De tercio noīe quō dicitur eucaristia. Eucaristia p̄prie dicitur p̄t ab eu q̄d est bonū. et caris q̄d ē grā q̄si bona grā qz coicet illū in quo ē plenitudo grē. Vñ Jo. i. De plenitudine eius oēs accepim. gratias p̄ grā. Et idem. Vidim. gloriam eius

gloriā q̄ h̄migeit̄ a p̄re plenū gr̄e

De quarto noie quō d̄r hostia

Hostia dicit̄ vt habet̄ in p̄s̄o

Disrupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. Item notanduz̄ s̄m p̄s̄oꝝ ethimologiaruz̄ vj. q̄ hostia dicit̄ ab hostibz̄ vincēdis sic victima a victis. Vñ antiq̄tus antiq̄ irent ad bellū faciebāt dō sacrificia et vocabat̄ hostia. sed q̄n vicerant iterū faciebant et vocabatur victima. Quia ergo nos hoc sacramentū offerimz̄ deo ad vincendum hostes nostros sc̄z demones. ideo merito hostia dici potest

De quinto noie quō d̄r imolatio

Imolatio s̄m eūdē p̄s̄oꝝ quo supra dicit̄ ab in et moles. qz̄ in mole altaris sacrificatur et qz̄ h̄ sacramentū debz̄ fieri in altari. ideo imolatio est et dici p̄t. idō d̄r i p̄s̄o

Immola dō sacrificiū laudis. **De sexto noie quō dicitur coio**

Communio d̄r quasi cois esca

Coicare etiā s̄m papiam idēz̄ est qd̄ siml̄ p̄cipare de vno pane

Et qz̄ oēs de vno pane et de vno calice p̄cipamz̄ in h̄ sacramēto. idēz̄ co bene coio dicitur. Et cēte merito.

qz̄ coio p̄t dici a coicatōne. qz̄ nob̄ se coicat. Vel a coicatōe. qz̄ cois est omibz̄.

Et circa hoc p̄t moueri q̄s̄tio satis pulchra et ad p̄positū videlicet

Vtrū xp̄us realit̄ sit in sacramento

Et videt̄ q̄ nō. qz̄ tūc corp̄ idem esset in diuersis locis simul h̄ aut̄ est ipossibile ergo q̄ maior p̄tz̄

qz̄ si corp̄ xp̄i essz̄ realit̄ in altari. cum semp̄ sit in celo. esset siml̄ in celo et in altari. Item simul esset i pluribus altaribus. qd̄ est ipossibile. Ad h̄ dicendū. qz̄ inferius de h̄ magis agetur. qz̄ corpus xp̄i ibi est realit̄ et sacramentaliter. et h̄ necessariū est confiteri. Verū est q̄ nō est ibi localiter nec circūscriptiue. sed mō alio mirabili et ineffabili licet a nobis nesciat̄. nec ē incōueniēs qz̄ ad sensum videmz̄ nos clare. qz̄ sol q̄ sēp̄ est in celo nec definit ibi esse. nihilominz̄ apparet realit̄ in terra et in multis fontibus et speculis siml̄ totus in celo. totus in speculo. et totus in multis speculis et fontibus qz̄ licet sol nō posset esse nisi i vno loco puta in celo localiter. et p̄ modum q̄ntitatis. est tñ in pluribus locis p̄ modū aliū siml̄. s. p̄ modū cause in multis effectibus. et p̄ modū rēp̄sentati in multis speculis et fontibus sic etiā corp̄ xp̄i vnū existens in celo semp̄ localiter et p̄ modū diuinitatiū virtute diuina. p̄t esse et est. in multis altaribus sacramentalit̄ et vāciter. et p̄ h̄ p̄tz̄ r̄nsio ad argumentū. qz̄ loquit̄ de modo essendi localiter non de modo essendi sacramentaliter et sic coio dici potest

De septimo quō d̄r viaticum

Vaticū est victus in via necessarius et portatus s̄m huiusmodi

guidionē. Iste at̄ cibo dat̄ ē nobis in via ista. qz̄ vt xp̄s̄ dicit̄ Jo. vj.

Caro mea v̄ ē cibo et ē necessarius

qz̄ si corp̄ xp̄i essz̄ realit̄ in altari. cum semp̄ sit in celo. esset siml̄ in celo et in altari. Item simul esset i pluribus altaribus. qd̄ est ipossibile. Ad h̄ dicendū. qz̄ inferius de h̄ magis agetur. qz̄ corpus xp̄i ibi est realit̄ et sacramentaliter. et h̄ necessariū est confiteri. Verū est q̄ nō est ibi localiter nec circūscriptiue. sed mō alio mirabili et ineffabili licet a nobis nesciat̄. nec ē incōueniēs qz̄ ad sensum videmz̄ nos clare. qz̄ sol q̄ sēp̄ est in celo nec definit ibi esse. nihilominz̄ apparet realit̄ in terra et in multis fontibus et speculis siml̄ totus in celo. totus in speculo. et totus in multis speculis et fontibus qz̄ licet sol nō posset esse nisi i vno loco puta in celo localiter. et p̄ modum q̄ntitatis. est tñ in pluribus locis p̄ modū aliū siml̄. s. p̄ modū cause in multis effectibus. et p̄ modū rēp̄sentati in multis speculis et fontibus sic etiā corp̄ xp̄i vnū existens in celo semp̄ localiter et p̄ modū diuinitatiū virtute diuina. p̄t esse et est. in multis altaribus sacramentalit̄ et vāciter. et p̄ h̄ p̄tz̄ r̄nsio ad argumentū. qz̄ loquit̄ de modo essendi localiter non de modo essendi sacramentaliter et sic coio dici potest

De septimo quō d̄r viaticum

Vaticū est victus in via necessarius et portatus s̄m huiusmodi

guidionē. Iste at̄ cibo dat̄ ē nobis in via ista. qz̄ vt xp̄s̄ dicit̄ Jo. vj.

Caro mea v̄ ē cibo et ē necessarius

Caro mea v̄ ē cibo et ē necessarius

ad salutem et ad puenonem ter-
mini nostri. qz nisi mādūcaueritis
carnē meā et biberitis meū sangui-
nē: nō habebitis vitā in vobis. **I**-
arco bene et pprie viaticū debet di-
ci. **F**igura h? habet tercio regū. xix.
Vbi dicit qz angelus dñi portauit
helye panē subāneridum et vas a-
que dices. **S**urge comedere grandis
em̄ restat tibi via. et sequit qz am-
bulauit in fortitudine. ubi illi? vs
qz ad montē dei aplica? patet.

De octauo noie quō dicitur sacrificiū
Sacrificiū pprie dicitur huius pfi-
torū. qd prius qm̄ sacrū factum
qz p̄ce nistica dicitur. **V**ñ i psal-
mo. **I**mmola deo sacrificiū laudis.

De nono noie quō dicitur actio

Scio dicitur qz sicut habet de cō-
secracione di. j. ca. **V**ocē. **E**cclā
leo papa vocat sacrificiū misse acti-
onē. qm̄ dicit. qz missa ē qdaz actō
que fit p̄ modū cuiusdā cause. **N**ā
sicut habem? locū scz oratoriū. ius-
dex est deus. accusator est dyabolus.
reus est populus. sciētia testis. sa-
cerdos defensor. et aduocat? . vt di-
cit aug? in oracione. qm̄ inquit me
peccatorē inter te et eūde? populus
mediū voluisti eē. qz. et sic patet.
quō reddi? h? sacramētū gloriosū
et laudabile. ex noim̄ celebritate.
vt possimus dicē recte vocatum est
nomē eius. gen. xxvij.

De scdo p̄cedēte. ca. ii.

Secundum p̄cedens quo
reddi? sacramētū glorio-
sum et laudabile est insti-
tuentiū auctoritas. qd fuerit. xp̄s pe-
trus. iacobo. et alij apostoli et facti
cristus em̄ instituit h? sacramētū. qz
tū ad illud in qd substantialit et es-
sentialit cōsistit sic habet de cōsec.
di. ij. c. **P**anis ē in altari. **V**bi dicit qz
dsecracō fit verbo dñi nri ihesu cris-
ti p̄ reliq̄ aut laus deo offert. **P**e-
trus etiā instituit qz p̄m? anthio-
chie dicit missaz celebrasse sub tribus
oroibz. vt dicit hugo in li. v. de sac-
mentis. c. viij. **H**anc igit qz. et de
dsec. di. iij. c. **M**issaz vero bt̄us pe-
trus qz. **I**tem de conse. di. j. **J**aco-
bus in gestis sexte synodi dicit qz ia-
cobus frater dñi huius carnē cui p̄-
mū tradita est iherosolimitana ec-
clesia. et basilius cesariensis ep̄us
tradiderunt misse celebracionez. **E**st
tñ notandum qz ordo misse. quo ad
crucificacionem confessionem. psal-
moy de cantacionez. scripturaz san-
ctaz noui ac veteris testamēti lecti-
onem. fidei symboli p̄fectōnem. pa-
cis mutuā sumptionē. fuit ab apos-
tolorū t̄pibz obseruat? itroduct?.
vt attestat ap̄loz d̄tpane? bt̄us
dyomifius. iij. c. ecclāstice gerarchie

De t̄cio p̄cedēte. ca. iij.

Tercium p̄cedēs qd sacm̄ reddi
ē laudabile et gloriū ē mis-
sionū huiusmodi dignas qz
q̄libz idōmē nō dicit p̄ctae h? sacramētū

sed debitus et legitimus? mister ad hoc enim quod legitimus et debitus sit requirunt multiplices et varie conditiones que ipsi impediret nisi haberet eas. que sunt iste homo masculus? sacerdos? interpres? loquens? habens rationem? ieiunans? mundus? mente? et obsequias tempore? non viciat? non puat? que ad vices detemiat? non pollut? comitat? Et istud casu dividit in tres partes. In prima agit de sex conditionibus sacerdotis impedientibus simpliciter. In secunda de quibus conditionibus impedientibus ex precepto ecclesie. In tercia de tribus ultimis conditionibus impedientibus ex congruitate. Et nota quod prime sex conditiones impediunt ministrum habentem sacramentum de necessitate et simpliciter. ita quod si aliquid illarum deficiat nullo modo officium potest. Quibus sequentes impediunt ministrum propter preceptum ecclesie. ultime tres impediunt eum ex congruitate. Primo gradus agendum est de sex conditionibus impedientibus simpliciter subiungendo de interpretacionibus sacerdotis.

De prima conditione ministri

Prima condicio est homo. quod oportet quod sit homo non angelus? nec dyabolus? De dyabulo probatur quod non potest esse nec vult tantum homini mister. De angelo et dyabolo simul etiam probatur quod oportet quod sint ministri conformes christo que in forma hominis creantur. Unde homo dixit. Hoc facite in mea memoracionem.

De secunda conditione ministri

Ancilla condicio est masculus. id est quod debet masculus esse quod nullo modo mulier est characteris susceptiva

ita quantum ad sancta. nec etiam beata virgo. Unde non beati virgini sic apostolus dicitur est. Hoc quod dicitur feceritis. Unde sicut christus fuit homo masculus sic et mister quilibet debet esse. Et propter ea circa hoc quod dicitur duo. Primo quod videtur feia possit characterem clericali ordinis recipere. actum alicuius ordinis exercere. Rursum secundum Ray. in summa sua li. iij. tit. de impedimentis sex? quod feia non potest recipere characterem clericali ordinis alicuius. Unde Ambrosius dicit super illum locum apocalyp. primo ad thymon. iij. Mulieres esse impudicas similiter ait occasione istorum verborum cathexfrige dicit mulierem dyacomissaz ordinari debere quod est contrarium veritati. quod mulieres non recipiunt characterem impediente sexu ex constitutione. nec etiam potest predicare. in publice. etiam abbatissa nec excoicare nec benedicere nec absolue nec penitentiam dare. sic nec aliquod officium clericorum. aliquid exercere quantum ad quod dicitur vel religiosum habet. xxiiij. di. Mulier et. xxxiiij. q. v. Mulierem. Ceterum quod dicitur de hermafroditis. id est de illis qui habent utrumque sexum. Ut possint ordinari. Rursum quod si magis vergat in sexum virilem quam in feminum potest recipere characterem. si autem e converso non potest recipere ut patet. iij. q. iij. Item hermafroditus ordinari non debet siue sic siue non sic se habeat propter difformitatem et inconstitutam ut habet ar. xxvj. de illiterate. xlix. di. c. fi. Si autem equaliter in eo vigeat sexus virilis et feia? characterem recipere non potest quod non potest dici aliquis l. aq.

De tertia condicioe ministri
Tercia est. sacerdos. s. rite ordi-
 natus s. m. clauis ecclesie q. s.
 xpus accessit apostolis et eorum successores
 foribus extra de summa trinitate et fide
 catholica. c. firmiter credimus unde
 non potest diaconus nec subdiaconus
 nec laycus officere istud sacramentum
 etiam quantumcumque sanctus

De quarta condicioe ministri

Quarta condicio est intendens quod
 quantumcumque esset homo masculus sa-
 cerdos et proferret verba non habet intente-
 tionem fatiendi quod facit ecclesia nihil est
 Vnde in collatione sacramentorum intentio
 requiritur Ratio est quod ad actiones que
 procedunt ex libero arbitrio requiritur
 intentio agentis s. administratio sacra-
 mentorum est actio procedens ex libero ar-
 bitrio ministri ergo ad eam requiritur in-
 tentio ministri. quibus autem debeat esse illa.
 Dicendum quod duplex est intentio scilicet
 actualis et habitualis Si autem lo-
 quimur de intentione actuali que homo aliquis
 intendit facere actu vtriusque talis requiritur
 rat. continua et semper Dico quod non sufficit
 habere tales in principio et hoc
 oportet quod per ea totum perficiatur ex vi il-
 lius intentionis quam habet in principio tam-
 quam ex radice. vix enim possibile est qui
 in opere quantumcumque modico interrumpatur
 intentio Ideo intentio actualis non re-
 quiritur s. sufficit in principio ad Si
 autem loquimur de intentione habituali
 id est contraria vel opposita intentio
 non influentia Dico quod talis requiritur
 continua per totum

De quinta condicioe ministri

Quinta condicio est quod dicitur esse loquens
 quod mutus non potest Ratio est quod
 nullum sacramentum potest esse sine forma in hoc
 sacramento sunt forma verba plata a
 christo et ideo de necessitate oportet quod lo-
 quitur et proferat verba alias quantumcumque
 habet characterem et intentionem non verba pro-
 ferant nihil esset vnde sic sunt pane et vi-
 no que sunt materia hoc sacramentum non potest pro-
 ficere nisi istud sic sine verbis districte
 teplatis que sunt forma hoc sacramentum
 non potest profici et consecrari

De sexta condicione ministri

Sexta condicio est que sequitur ex pre-
 missis scilicet habens rationem quod si esset
 amens a demens a freneticus nihilominus
 non habet materiam et proferret verba
 quod non vteretur ratione nec haberet intentionem
 faciendi quod facit ecclesia quod est ibi
 necessarium nihil esset

De interpretatioibus hoc nominis sacerdotis

Nota quod sacerdos vno modo dicitur quasi
 facit deus scilicet sacramenta que habet mis-
 trare ideo debet esse sanctus et feruens
 Alio modo dicitur quasi facit deus ideo debet
 esse doctus. et bene sciens Tercio modo dicitur
 quasi facit deus scilicet horas canonicas. et
 ideo debet esse attentus et diligens

De prima interpretatioe sacerdotis.

Prima interpretatio sacerdotis est
 quod sacerdos dicitur quasi facit deus propter
 quod debet esse sanctus et feruens Ideo duo
 circa hoc queruntur Primo vtrum ministrans
 sacramentum in peccato peccet Dicendum quod si
 peccatum est mortale et non confitetur per saltum non
 poterit si copiam non habeat sacerdotis quod

ministrans ecclesiastica sacramenta
 semp peccat. quia maledictus qui
 facit opus dei negligenter certum est
 autem quod ministratio sacramentorum est
 opus dei quare talis peccat. **¶** Secundo
 queritur utrum sacerdos potest dare
 corpus christi ei quem scit esse in peccato
 mortali. Dicendum quod aut hoc pec-
 catum sit occultum aut manifestum si pec-
 catum est occultum aut petit in occulto
 aut in manifesto. Si petit in occulto
 debet ei denegare et monere ne in
 publico petat. si in manifesto petat
 debet ei dare ut patet de conse. di. ii.
¶ Non prohibeat. Et hoc propter quatuor
 rationes. **¶** Prima quia peccato oc-
 culto publica penam inferens reue-
 lator esset confessionis aut peccatorum
 criminis. **¶** Secunda quod quilibet christia-
 nus habet ius in perceptione eucais-
 tie nisi illud amittat per peccatum
 mortale. Unde cum in facie ecclesie non
 constet istum amisisse ius suum non debet
 in facie ecclesie denegare alias dar-
 ret facultas malis sacerdotibus pro li-
 bito suo punire maxima pena quam vellet.
¶ Tercia propter incertitudinem status
 summi quod spiritus ubi vult spirat. unde
 subito potest esse operum et a peccato
 mundat. et sic divina inspiratio ad
 sacramentum potest accedere. **¶** Quarta
 quod esset scandalum si denegaret. Si ve-
 ro peccatum est manifestum debet ei denegari si-
 ue occulte siue manifeste petat summes.
¶ De secunda interpretatione sacerdotis
¶ Secunda interpretatio est quod sacerdos
 dicit quasi sacer dicens. Ideo debet

esse attentus et diligens quod hoc dicit mis-
 sam et alias horas canonicas et ideo
 primo videbit quantum ad missam.
¶ Queritur primo. **¶** Vtrum liceat pres-
 bitero vel sacerdoti omnino a celebratioe
 abstinere. Dicendum secundum thomam quod ut
 dicit gregorius. **¶** Cum crescunt dona cres-
 cunt rationes donorum. Et ideo si omni sacer-
 doti sit dedita nobilissima pars reus
 negligentie erit. nisi illa utatur ad ho-
 norem dei et salutem suam et aliorum vivorum
 et mortuorum secundum illud secunda petri.
 iii. c. **¶** Vnus quisque. Sic accepit gra-
 tiam in aliter illud administrantes. Nisi
 forte aliquis ex famulari instinctu spi-
 ritus dimittat sic legitur de quodam sancto pa-
 tre in vitis primam quod ordiat. nunquam post
 tea celebravit. **¶** Quod sit de alijs actibus
 ordinum celebrare tenetur homo et deo sa-
 crificium reddat esse si nulli homini tenea-
 tur. sacerdotibus enim est preceptum. **¶** Hoc
 facite in mea memoratioe et ideo ce-
 lebrare tenetur saltem in precipuis
 festiuitatibus. **¶** Secundo queritur si omni die
 est celebrandum a coicandum. **¶** Respondetur
 quod ad hoc sacramentum duo requiruntur ex parte
 summi scilicet desiderium iudicis ad christum
 quod facit amor et reuerentia sacramenti quod
 ad donum timoris pertinet. **¶** Primum indicat
 hoc sacramentum cotidianam sumptionem si scilicet
 reuerentia. **¶** Unde si aliquis expiuntaliter agnos-
 cit ex cotidianam sumptione feruorem
 amoris augeri et reuerentiam non minui-
 talibus cotidie coicare. **¶** Si autem sentiret
 per cotidianam sumptionem reuerentiam
 minui et feruorem non multum augeri illis
 debet interdum abstinere ut maior reuerentia

et deuotione possit accedere postmo
 dū **Vñ** q̄tū ad hoc vnusquisqz reli
 quēdus est pprio iudicio **Vñ** dicit
 aug? q vnusquisqz faciat qd pie
 credit ee faciēdū. qd pbat p exem
 plū zachai et centurionis qz vnus
 recepit dominū gaudēs alius dixit
 dñe nō sum dignus vt intres sub
 tectū meū et vterqz misericordiam
 cōsecutus est. **Tercio** q̄rit vtz
 celebrās nō dicitis matutinis peccz
 Dicendū fm glo. guill. c. xiiij. **Ite**
 rū non debz sup verfu **De profundis**
 q ipse credit q peccat mortelī auz
 hoc sit cōta generalē cōsuetudinem
 approbatā **Concordat** etiāz cū hoc
 hōstien. v. **Deberet** aut **Qui** aut ce
 lebrat anq̄ dicat p̄mam nō peccat
 mortelī nisi sit cōsuetudinē loci
 aut cōstatutū synodale aut cōtra
 statutū p̄uinciale. **Quarto** q̄ri
 tur vtz aliq̄s debeat p pecunijs ce
 lebrare l̄ alia officia exequi **R. fm**
Ray. c. xvij. **Item** nūqd si teneret
 ex officio ad hāc missaz vel exequi
 as aut simile p̄pter h̄ exigē aliqd
 est symonia. i. q. iij. **Vidētes** **Si**
 vero non tenet et defint ei sūpt? p̄t
 licite recipe. i. q. j. **Judices.** nā etiā
 opationes suas p̄t locare ad diem
 vel ad annū ext **Re p̄lati** vices su
 as c. vlt. **Si** aut sūptus nō defint
 ei q nō tenet ad h̄. aut debz celebra
 re gratis aut cessare. vel videt face
 ex auaricia et licet forte nō esset sy
 monia. qz nemo tenet p̄rijs stipē
 dijs militare. xij. q. ij. **Caritate** **Tñ**

turpe lucrū est vel ad minus habet
 speciem mali **Glosa** tñ dicit hic. q
 turpe lucrū ē si fiat ex auaricia **Si**
 autē vt inde sūptus recipiat nō est
 turpe lucrū. etiā si diues sit. concordat
Innoc. Ext. **Re p̄lati** vices suas
 i glosa sup ca°. **Qm̄** enormis **Glo**
 tñ dicit q gratis debz celebrare q ofi
 ciū impedere. et qd dat. gratis dz
 dari. **Et** satis videt concordare sād?
Thomas i scda scde. q. xvij. art. ij
De iurisdiccōis

Secundo quātū ad horas caō
 nicas dicēdas **Et** idō etiā dz
 sacerdos q̄si sacra dicēs qz debz di
 cere horas canoicas **Et** q̄tū ad hoc
 vidēda sūt duo. **Primo** qdā ques
 tiones mouebūt **Scō** vūū nota
 bile ponet. **Primo** q̄rit q̄ tenet
 f ad hōis canoicas **Et** pono h̄ tres
 cōclusiōes **Prima** ē q̄ ois bñfici
 at? tenet ad hōis canoicas **Et** rō
 ē qz bñficiū n̄ dat n̄ p̄t officū **Bñ**
 ficia ei sūt p̄t fūicia. **Idō** rāpiēs
 ab ecclia bñficia tēf ei ad fūiciū q
 h̄ d iure nāli fūiciū ei ē dicere offi
 ciū ecclie illi? g° ac **Ite** qz secl aēs
 layci adō sedule dediti sūt secl aibz
 negocijs q̄ dimis intēdē nequeūt
Ideo ab ip̄his dati sunt redditus
 ministris ecclie vt in .vij. officio
 vices eoz suppleāt **Et** idō ad hōis
 canoicas tenet n̄ solū ex statuto ec
 clehe s̄ ec̄ ex obligatōe iusticie bñ
 ficiati **Scō** cōclusio est q̄ ois
 ordinatus ordinibus maioribus

tenet ad horas. et si beneficiū non
habet. quia ex quo recepit ordines
et potestatem spiritualem. tenet in spiritali
deo ministrare hoc autem facit dicendo
horas et peccat mortaliter omittendo
Ar. xxvii. di. c. Si g. ac **T**er
cia conclusio est quod omnis religiosus pro
fessus tenet siue obligatur ad horas
et per euidencia istius conclusionis no
tandum quod religionum triplex est dicitur
quodam enim sunt institute ad opera vi
te actiue sicut hospitaliarum templar
ium qui modo sunt destructi huiusmodi
Quedam sunt ad opera vite contemplati
ue sicut monachi et heremite Que
dam ad opera utriusque sicut predica
tores et minores qui actu predicandi
et docendi exercent ad honorem dei et
salutem proximorum Vita autem contemplati
ua in duobus consistit. spiritaliter scilicet
in lectione et oratione Nam in lecti
one loquitur nobis deus. in oratione
loquimur cum deo ut dicitur psalms in li
bro de summo bono Oratione autem est du
plex. una communis quia per ministros ecclesie
in persona totius fidelis populi per utili
tatem communi fidelium deo offertur. et ad istam
orationem pertinet lex canonice ex ec
clesie institutione Altera est singu
laris que offertur deo. a singulari per
sona cuiuscumque statim siue per se siue
per alios orante. et ad hanc orationem
pertinet orationes private et familiares
Religiones autem que sunt institute ad
opera vite contemplatiue solum. vel ad
opera utriusque non solum institute sunt
ad orandum particulariter per se sed etiam

ad orandum per vniuersali fidelium
utilitate vni enim dicitur est ad hanc
orationem pertinent lex canonice specia
liter **D**ico quod omnes religiosi que re
ligio ad actus vite contemplatiue est
instituta et per ecclesiam confirmata te
nentur ad horas canonicas ratione siue
professionis Si autem sint infra sacros
ordines constituti tunc tenentur dupli
ci iure Vni religiosus ad sacros or
dines promotus plus peccat omittendo
horas quam non promotus et sic
patet ad conclusionem primam **S**ecundo
quod queritur utrum dices per vicarium
sit liberatus? R. non. quia talis sic dicens
autem est beneficiatus? et ordinatus? simul
autem solum est beneficiatus? et non ordina
tus Si est beneficiatus et ordinatus?
simul tunc dico quod non solum sufficit
dicere per vicarium immo ipsemet di
cere debet nec deobligatur per alium nec
quod ad debitum quod tenetur ecclesie nec quod
tenetur deo Si autem sit solum beneficiatus?
conferat dicitur quod absoluitur. quod ad debitum ec
clesie quia licet recipiens beneficium tene
atur ecclesie ad fructum ut super dictum est
tamen quia ei per se aut per vicarium fructum
impendit statuta et consuetudines sunt
Vni consuetudo in multis locis hoc quod potest
ponere sufficere vicarium tunc principaliter
deobligatur et absoluitur a debito quod ec
clesie tenebatur Sed si loquimur de debito
quod tenentur deo et ratione beneficii tunc est dicitur?
modo dicitur quod dicitur quod vna obli
gatio est deo et ecclesie obligatur ratione
beneficii quia vni propter alterum Ideo vica
obligatio deo obligatur respectu vicarij

Sed aliqui rōnabilius dicunt q̄
 obligat̄ a absoluit̄ respectu eccle
 sie. s̄ non respectu dei **E**t si dicas q̄
 nō q̄ rōne vni⁹ beneficij nō tenet̄
 homo ad duplex seruiūz. **D**ico q̄
 verū est nisi ex cōdicione sc̄z si velit
 facere residentiā p̄sonalez. **T**ercō
 querit̄ vtz p̄bendat̄ in duabo ec
 clesijs debet dicere officiū vtriusq̄
Dicendū q̄ s̄m t̄ho. in q̄dam q̄stio
 ne de q̄libz. q̄ supposito q̄ licite sit
 p̄bendat̄ in duabo ecclesijs sc̄z ex
 dispensatione. cōsiderādū est q̄ ille
 q̄ in aliqua ecclesia p̄bendam acci
 pit. duobz obligat̄ sc̄z deo vt ei de
 bitas laudes exsoluat p̄ eius b̄nfi
 cijs. et ecclesie de qua accepit s̄p̄
 tus **E**a vero q̄ ad ecclesiam p̄tinēt
 subiacēt disp̄sationi p̄latorz eccle
 sie **E**t ideo hoc debitū q̄ debz eccle
 sie debet soluere s̄m q̄ statutū est
 siue p̄ seip̄sū si sit p̄benda que resi
 dentiā requirat vel vicariū si hoc suf
 ficiat s̄m ecclesie statutū aut cōsue
 tudinē **S**c̄dm debitū q̄ debet deo
 p̄ seip̄m debet soluere non em̄ refert̄
 q̄tum ad deū quibz psalmis l̄ p̄m
 nis deū laudet. puta vtz dicat ī vel
 peris **D**ixit domin⁹ d̄no meo **L**au
 date pueri dominū nisi q̄tū ad hoc
 q̄ homo debet sequi maiorū tradi
 tiones **E**t q̄ debet laudes deo vni
 homini sufficiat. q̄ semel officium di
 cat s̄m cōsuetudinē illaz ecclesiaz
 quaz est clericus **S**ed d̄ electione
 officij. rōnabiliter videt̄ q̄ debeat
 dicere officiū illius ecclesie in qua

maiorē gradū habet. **P**uta si in
 ecclesia sit decanus. et in alia eccle
 sia sit simplex canonic⁹ debet dicere
 officiū dignioris ecclesie. quāuis
 forte in minori ecclesia opulentiorē
 habeat p̄bendā q̄ t̄palia nullius
 momenti sunt sp̄ualibz cōpata **S**i
 vero ecclesie ambe sint equalis dig
 nitatis p̄t eligere sibi q̄d cūq̄ officii
 um magis voluerit. si sit absens ab
 vtraq̄ ecclesia **S**i aut̄ fuerit in ali
 qua ecclesia p̄ns debet se cōformare
 illis cui quibz cōuersat̄ **E**t ex hac
 questione haberi satis potest solus
 tio p̄cedentis **Q**uarto q̄rit̄ vtz
 monach⁹ p̄fectus alicui ecclesie de
 beat dicere officiū abbacie vel eccle
 sie **D**icendū s̄m hostiē. li. iij. **R**. vj
 de statu monachoz. vtz p̄pter hoc
 sed nūq̄ talis in fine q̄ non reget
 ecclesiam s̄m officium monachale
 sed suabit ecclesie ritū ad quā trās
 it. xij. di. de illa et ca. **V**nusquisq̄
Quinto q̄rit̄ an quis possit licite
 dicere matutinas sero p̄cedete l̄
 in aliquibz locis anticipare tēpus
Dicendū s̄m t̄ho. mā in quolibeto
 q̄ sic **C**onsideranda t̄n est intentio
 eius q̄ p̄uenit temp⁹ in matutinis
 dicendis vel q̄buscūq̄ locis cano
 cis **S**i em̄ hoc facit p̄pter lasciuiaz
 vt sc̄z sompnolētie et voluptati va
 cet quietius. nō est absq̄ peccato
Si vero hoc facit p̄pter necessitatez
 licitarū et honestarū occupationū
 puta si clericus vel magister debeat
 videre lectiones suas de nocte vel

ppter aqđ huiusmōi p̄t dicere ma-
 tutinas in sero et in alijs horis cao-
 nicis temp̄ p̄uenire sicut etiā de cō-
 suetudine h̄ in quibusdam ecclesi-
 is sollempnibz fit qz meli⁹ est vtrū
 qz deo reddē laudes sez et honesta
 officia q̄ p̄vnu p̄ aliud impediāt
Sexto querit quid de infirmo
 ceco vel paupe dicendū d̄ infirmis
 qz qz necessitas nō habet legē nec
 ecclesia onus importabile imponit
Ideo infirmi et impotentes p̄cipue
 graui infirmitate detenti excusant̄
Bonum est tñ si vnus alius sanus
 ip̄is audiētibz officiū dicat **I**dem
 dicendū de ceco qui ppter defectuz
 visus legere non p̄t et de paupe q̄
 libris caret et habere nō p̄t **R**ecō-
 pensare debent tñ isti p̄ psalmos es-
 quales si sciant vel oracōnez d̄nicā
 vel aliqđ diuinū ad cōplementum
 officij qđ omittūt quia non refert
 q̄tum ad deuz q̄bz psalmis vel ora-
 cionibz vel ymnis ip̄z laudem nisi
 solū ex tradicōe maiorū et statuto
 ecclesie qz cec⁹ vel paup̄ huare nō
 p̄t **I**deo sufficiāt p̄ alia que sciunt et
 possunt supplere **S**eptimo que-
 rit qđ fiet si aliqđ omittat de ho-
 ris **D**icendū qz si q̄s diuinū officiū
 cum alijs nō oīa verba dicat sed q̄-
 dam ip̄m euadūt non oportet ip̄m
 resumēdo a capite disturbare offi-
 cium diuinū h̄ cōtent⁹ p̄t esse si ab
 alio dictū audiuit qz talem modū
 alternatim cantādi vel dicendi ec-
 clesia instituit que de hoc officio p̄-

cepit **I**nsup si q̄s officiantō in chō-
 ro cum alijs ex necessitate aliq̄ inf-
 misit psalmū aliquēz vel lectōnem
 vel aliud simile et non potest om̄s
 suū supplere nisi vocē suam subē-
 hat ab adiutorio chori melius est
 transire q̄ officiū diminuere quia
 ecclesia determinatū numerū psal-
 morū et lectōnum et similiū non p̄-
 cepit sed in h̄is est varia cōsuetu-
 do tñ qui tenet ad horas canonicas
 si ex industria aliquid dimittat si-
 ne necessitatis aut infirmitatis ipe
 dimēto vel alicui⁹ taliuz nec aliqđ
 in recōpensationē facit nec p̄ponit
 facere peccat mortalit̄ **I**niuriā faci-
 endo p̄ximo cui p̄ temporalibz nō re-
 fundit spūalia p̄sertim cum ad h̄
 ex p̄cepto ecclesie teneat et q̄to
 plus sic dimittit tanto plus peccat
Dixi aut̄ si ex industria aliqđ dimit-
 tit qz si ex obliuione aliquid om̄t
 tat n̄ peccat mortalit̄ excusate eū igno-
 rantia h̄ etiā si illa ignorantia cau-
 sat ex licita occupatōe credo nullū
 eē peccm̄ tñ qm̄ reuocat hāc negligē-
 gēdiā ad memoriā d̄z supplē om̄ssū
 vel dicēdo illud qz dimisit l̄ equiva-
 les qđ h̄m aliq̄s melius iudicat tñ
 cō qz melius est supplē illud p̄dem
 om̄ssū qz q̄to p̄p̄iqui⁹ accedit h̄o
 ad satisfactōez et restitucōem ei⁹ qđ
 de p̄ditū est tāto meli⁹ ē **O**ctauo
 q̄rit vtz n̄ attēdens ad horas mō-
 lit̄ peccat **D**icēduz qz hic eēt plura
 vidēda h̄ p̄ nūc breuit̄ trāseūto no-
 tandū qz licet dicēs v̄ba et nō attē-
 bi

dens ex sua ignorātia peccet p neg
 ligentiam non tñ peccat mortalit.
 qz iste mod⁹ orandi ex pcepto ec
 clesie solū institut⁹ est **P**recepta at
 iuris positui nō referunt n̄ ad ea q̄
 sub iudicō hūano cadere possunt et
 h̄j sūt act⁹ exteriores nō iternoēs
Tñ dicit q̄ q̄libz dz attendere ne d
 ipō a q̄libz tali dicat xps **I**ste labi
 is me honorat cor aut̄ eius longe ē
 a me et sic apparet quō sac̄dos dicit̄
 tur q̄si sacra dices et resp̄cū misse a
 lozaz vñ v̄sus **C**lericus ex lucro li
 cito victū sibi q̄rat **S**i nō sufficiāt
 sua debite s̄ dicat lozas **Q**uātū
 ad sc̄dm notādūz circa lozas. q̄ lo
 re tribz modis incipiunt scz alique
Per dñe labia. aliq̄ **P**er de⁹ in ad
 iutoriu⁹ **A**liq̄ p cōuerte nos **R**atio
 aut̄ triplex p̄t assigni vna est q̄ lo
 re sic diuersimode incepte faciūt so
 lemmitatem vni⁹ diei et significat
 iste triplex mod⁹ incipiendi trini
 psonaz in vna eēndia **V**t dñe laz
 refert̄ ad p̄ez **D**e⁹ i adiutoriū ad
 filiū **C**ōuerte nos de⁹ ad sp̄m sc̄m
 cui⁹ clementia cōuertim̄ ad bonum
Alia rō p̄t eē. qz triplicat̄ peccam⁹
Ore ope corde conf̄ oris peccm̄ dicit̄
 m⁹ **D**ñe labia. psalm⁹. **L**abia mea
 laudabūt te **C**ōtra peccm̄ opis dicit̄
 m⁹ **D**eus in adiutoriū. qz in opibz
 dei auxilio indigem⁹ **V**nde **J**o. xv.
Sine me nihil potestis facē **C**onf̄
 peccm̄ cordis dicit̄ m⁹ **C**ōuerte nos
 deus salutaris n̄r qz peccm̄ ī corde ē
 et hz radicez et in auersione cordis

consistit **I**deo debem⁹ satisfacē p hui
 litatē qz cor stritū et huiliatuz q̄
Et **J**ob. ij. **C**ōuertim̄ ad me ī to
 to corde v̄io q̄ **A**lia rō est qz t̄bo
 indigem⁹ a deo scz deiectione. sustē
 tatōne. et eleuacione.

De tertia interpretatōe sac̄dotis **I**
Er̄ dia interpretatō sac̄dotis est
 q̄ sac̄dos dicit̄ q̄si sacra docens
Ideo dz eē docens a sciens **I**deo di
 cit̄ **J**ero⁹ q̄ sac̄dotis officiū ē imfro
 gata respōdē de lege **I**deo iuxta
 hoc querit̄ **V**tz docens aut̄ p̄dicās
 ī peccō mortali peccet mōrtalit̄ **R**atio
 qz peccm̄ aut̄ ē publicū aut̄ occultū
 si est publicū nō est dubiū qm̄ pec
 cat et p̄t sibi dicit̄ medice medica te
 metip̄m talis em̄ scandalizat et ve
 loī p̄ quē sc̄dalū venit **V**n talibz
 dicit̄ in psalmo **Q**uare tu enarras
 iusticias meas assumas testam̄tuz
 meū p̄ os tuuz. tu vero odisti disci
 plinā et picisti s̄m ones meos res
 trofū **S**i aut̄ ē occultū tūc aut̄ in
 cūbit sibi ex officio p̄dicare aut̄ nō
Si nō incūbit sibi et alius p̄t face
 re si faciat peccat qz ponit se in loco
 boni et sc̄i viri q̄lis nō est **S**i aut̄ ī
 cūbit sibi aut̄ hz aliuz p̄ quē p̄t ita
 bene facē et tūc nō dz p̄ seip̄m **A**ut̄
 nō hz et tūc dz p̄dicare. qz tenetur
 ex officio **V**n sup̄ math. crisō **A**bs
 fit vt̄ duplici bono careas nec bonū
 facias. nec bonū dicas nihilomin⁹
 dico ad h̄q̄ talis peccat s̄ plus pec
 caret dimittendo officiū suum **E**t si
 dicat̄ p̄ tūc tal̄ ē pplex⁹ qz tenēdo

utramque viam peccat dico quod non est
plexus quia potest iterum et penitere et
tunc sine peccato predicare

De alijs quibusque conditionibus im-
pedientibus ex precepto ecclesie

Hec est secunda pars huiusmodi terti-
capituli in qua agit de alijs
quibusque conditionibus que im-
pediunt solum ex precepto ecclesie non
simpliciter quod non obstantibus istis ad-
huc posset perfici sacramentum licet non
rite et cuemeter Et ideo diuiditur
ista pars in quatuor particulas scilicet quod quibusque
sunt conditiones **P**rima est. iei-
unus. Sacerdos enim celebrans debet
esse ieiunus et hoc statuit ecclesia
propter reuerentiam sacramenti ut dicit
augustinus. de se. di. ii. li. q. i. placuit spiritui
sancto etc. et c. Sacramentum Juxta hoc
querunt multa **P**rimo querunt utrum
a ieiunio sumi tamen debeat Dicendum
quod sic generaliter. casualiter autem potest necessi-
tate mortis imminente post alios ali-
quos sumi Causa que sic debet sumi
est una ex parte cibi scilicet eius reueren-
tia ut ante alios cibos os christiani hic
cibus ingrediat Alia est ex parte ab-
sti- scilicet digna preparatio quod magis iei-
unium consueuerunt esse sobrii et deuoti
Secundo querunt a quibus debet esse iei-
unus. Dicendum quod duplex est iei-
unium scilicet nature et ecclesie Ieiunium
nature est privatio utriusque alimentum quod
quod ieiunus debet quod comedat et si
postea coesturus pluries sit in die
Aliud est ieiunium ecclesie quod quis iei-
unare dicitur etiam si seculum coederit in

die **D**e primo ergo ieiunio intel-
ligitur quod dicitur quod debet sumi a ieiunio et
non de secundo Debet ergo sumi ante omnes
cibus ut dicit augustinus de se. di. ii. c. li.
quibus. Item. vii. q. nihil. Et dicit
sanctus thomas quod post potum aque vel
sumptionem eliciarum siue medicane
quia consistit in cibo et potu non licet
eucaristiam celebrare vel sumere quod
hec soluit ieiunium nature nisi in causa
necessitatis **T**ercio querunt quid de
saliva et reliquijs ciborum remanentibus
inter dentes si impediunt celebra-
tionem Et dicendum cum thoma quod licet a p-
ceptione eucaristie impediatur quicquid
per modum cibi vel potus sumit. reli-
quie tamen remanentes in ore si casualiter
transgluciant non impediunt summationem hoc
sacramenti quod non trahunt per modum cibi
sed per modum salive nec deglutio salive
impedit quod non sumit per modum cibi
aut potus Eadem ratio est de reliquijs aquae
vini quibus os abluit dum transgluciant non in
magis quantitate sed per mixture salive que
vitari non potest Et cum hoc concordat textus.
li. iii. q. xl. de consecr. c. vii. qualiter
v. h. quod si sacerdos **Q**uarto querunt
utrum quod per mediam noctem coeditur
et per totam noctem non dormiit possit de
mane celebrare et coicare Dicendum quod
licet principium diei secundum diuisos diuisi-
ones sumat ab ecclesia tamen dies a me-
dia nocte incipit. Unde si quis suppositus ali-
quid post mediam noctem ad mor-
dum cibi vel potus non potest eas-
dem die habere sumere sacramentum licet
potest tamen si ante mediam noctem **Rec-**
b ij.

refert vtz post cibum vel potuz coz
miat aut indigestus fit q̄tū ad rō
nem p̄cepti Refert aut q̄tū ad per
turbatōez mentis quā patiūt hoī
nes p̄pter indigestionez ex q̄bo sic
sumens multuz pturbet reddit in
eptus ad p̄cipatōez huius sacra
menti **Q**uinto querit quid fiet
in terris illis vbi dies artificialis
extendit vltra xij horas vel forte ad
mensem vel amplius vel etiaz vna
nox quia sunt aliq̄e terre vbi nō
apparet sol de mense vel de septima
na aut plus aut etiā aliq̄n appaēt
p̄ mense aut plus q̄mō accipietur
aut mensurabit temp? Dicendū q̄
in regionibz illis diuisū est temp?
ab incolis in tēpus q̄etis et opis
somnia et vigilie Ideo seruandū est
ibi tp? s̄m taxacionez eoz **S**ex
to queritur ex quo nos debemus
sumere ieiunū quare xp̄us post ces
nam celebrauit De hoc inferus vi
debit quia melius h̄ questio ibi h̄z
locū **S**eptimo querit vtz in ali
quo casu sacerdos nō ieiunus pos
sit celebrare et coiccare Et dicendū
nitatis **Et** h̄is vinculis adam est
retract⁹ a peccato **Et** hac de causa
cantatur tractus p̄ graduale in tē-
poribus penitēcie sicut tempore ies-

iuniorum quadragesima et quatuor
tempus excepto solo ieiunio mensis
quarti quod in ieiunio celebratur septi
mana pentecostes quia tunc cum gau
dio cantatur alleluia

De spirituali exultatione et alla
pars quarta principalis secundi capli

Quarto agendum est de spirituali
exultatione de qua in alleluia
habet quod bene statim post graduale se
quitur quia post luctum sequitur conso
lacio id est post responsum **Alla**

Naz beati qui lugetis quia ridebitis

Circa ergo alla quoniam dicitur hec quod
alla significat dicitur ex predictis quod gau
dium futurum quod penitentibus promittitur
ad quod sequitur versus secundum innocencium quod ni
hil triste sed totum iocundum et dulce
debet sonare **V**n omnes versus con
ter qui dicuntur gaudium et iocunditate
significat **S**icut est ille Dominus regnavit
decoribus indutus est indutus est dominus
quod Dominus regnavit exultet terra **I**u
bilate deo **I**ustus ut palma quod **V**n
nota quod aliqui sequitur et addit psal
cum dulci melodia que in hoc idem
significat quia sancti duplicem stolam acci
pientes in eternum gaudebunt hec in
nocencium **S**ecundo quoniam quomodo alla inter
pretatur **E**t dicitur secundum ambrosium
quod alle lux lu virtus pa salus sig
nificat autem secundum augustinum **A**lle salua lu
me pa dñe **S**ed secundum jeronimum **A**lle
laudes lu dicam pa dño secundum gre
gorium **a**lle pater lu filii pa spiritus
sanctus **I**tem aliter al. altissimus
le. leuatur in cruce lu. lugebat apo

stoli. pa. resurrexit dominus ergo **T**er
cio quoniam quare ista duo nomina non
sunt translata sed amen et alleluia
Dicendum secundum rabanum quod ista duo
vocabula sed amen et alla ecclesia non
transtulit sed retinet propter reuer
rentiam quia **Jo. iij.** in apoc. illa duo
nomina ab angelis se fatetur audiuisset
se vel etiam ex alio quod alla laudes ce
lestes designat quam nemo vidit hu
ius seculi **E**t ideo quod a nobis igno
tum est sub ignoto vocabulo expri
mitur **Q**uarto queritur quare al
leluia repetitur **E**t dicitur quod ideo
quia speratur duplex stola sed cor
pis et anime **Q**uinto queritur quare
re tempe paschali geminat **E**t dicitur
dicitur quod propter duplicem rationem sed ca
pitis et membrorum de quibus gau
dere debemus quia secundum apostolum
Si christus surrexit et nos resurge
mus **S**exto queritur quare in eb
domada pasche dicitur **R**esponso
rum **H**ec dies dicitur quod versus quod ad
sabbatum sequens fit memoria de
captiuitate filiorum israel **S**ed pro
alleluia cantatur propter gaudium non
resurrectionis **S**eptimo queritur
quare non omni tempore cantatur
alleluia sed a septuagesima versus quod ad
pascha cantatur tractus **A**d quod di
cendum secundum innocencium tempore
tristi die non dicitur carmen leticie decantari
Septuagesima autem tempus babilonice
captiuitatis spiritualiter representat in quo
tempore filii israel super flumina sedentes et
flentes in salicibus organa suspen

C

runt dicentes Quomodo cantabimus canticū dñi in terra aliena cē. Ideo tunc non canim? all' a h' tractus qui asperitate vocis et plixitate verborū misera pñtis incolatus designatur

De principali iſtuctione et euāgelio ps. v. pñcipalis. capli. η.

Quinto agendū est de salutari et principali iſtuctione que est in euāgelio in quo ipse met cristus nō p ministros sed p se metipz nos informat Ad euidentiaz ergo huiōi notanda sunt quatuor Primo agem? de hīs que sunt ad mīstrū spectantia Circa q̄ pmo q̄rit quis sit mīster debitus Ad qd̄ dicē dū q̄ sacerdos vel dyacon? nec vltimo alius inferior pmo si ali? cāretet solemniter essz irregularis q̄ quis sit dubiū d̄ illo qui diat epistolam cū dalmatica siue manipulo q̄ quis conseruet aliquñ q̄ non fieret si irregularitatis penā incurret Raco autē quare sacerdos vel dyaconus mīster est quia euāgeliiū diat ab eu qd̄ est bonū et angel? qd̄ est nūcius quasi bona nūciatio vel bonus nūcius quia p euāgeliiū nobis mittitur gracia in pñti et gloria in futuro peccatorū correctio et virtutū adp̄cio quia ppter eius solennitatem et dignitatem non debet nisi a sacerdote vel dyacono cantari Secūdo queritur qd̄ debet portare Ad qd̄ dicendū q̄ euāgeliiū dicens induitur dalmatica in signū castitatis

quia ad eā obligatus est et etiam subdyacon? sed dalmatica dyaconi hz manicas amplas in signū largitatis et pietatis Nam ad dyaconū ptinet mīstrare sacramētū eucaristie in qua mīstracōne largitas debet esse et etiā in alijs debet esse largus Vnde in principio ecelesie mīstri paupuz erant subdyaconi vt de beato stephano habetur actiū sexto Item debet portare stolam a sinistra vel leua pte vsus dexterā in signū q̄ ascendem? a sinistra hui? miserie pñtis ad dexteraz glorie celestis Tercio q̄rit qmō debz libz accipere et portare Ad qd̄ dicendū q̄ ipse debet accipere libz de altari in signū q̄ euāgelium est de verbis xpi q̄ p altare figt et post debet ipz reclinare sup humerū sinistrum in signū q̄ p̄dicatio xpi adhuc de gētibz transibit ad iudeos iuxta illud ysa. xj. In dieb' illis saluabit iuda et israh' habitabit cōfidet cē Quāto qmō debet incedere ad cantādū euāgeliiū Ad q̄ dicendū q̄ i dieb' solēmb' i q̄bus d̄z loas crux p̄cedit euāgeliiū i q̄ figt q̄ q̄ p̄dicat mēte d̄z seq̄ xpm crucifixū et in memoria habere Vñ dixit dñs petro ioh. xxj. Sequere me postea p̄cedūt duo accoliti cū cēreis accēsis in signū q̄ p̄dicatoēs dñt h̄e sciāz et noticiāz vsus testamēti Vel i signū q̄ xps q̄ p euāgeliiū nūciat illuīat oēs t̄v̄nem venientem in hunc mundum Ioh. j. Vel dicendū q̄ candelabriū

cum lumine figt fides cu bona opa
 tione quia fides sine opibus mor-
 tua vt dicit iacobus sed duo sunt
 portantes cereos et ratio est qz pro-
 phetar et priarchar veritas i eua-
 gelio continetur vel ad designandū
 duplicem xpi aduentum quoz p-
 habuit vnu soluz pcursozem Ideo
 in ferialibz diebus nō est nisi vn-
 accolitus vt dictū est Sed scdus
 manifestus aduentus et generalis
 habet duos scilicet helyā et enoch
 vt prius dictū est Ideo in diebus
 festiuis sunt duo cum lumine quia
 ille cum publica predicacione Pre-
 cedit etiam thbus designans odorēz
 bone fame vt possit dicere cum apo-
 stolo Cristi bon? odor sumus Post
 seqt subdyacon? portans puluinar
 figns qz dign? est mer cēnari? mer-
 cede sua math. x. et lu. x. et apl's. ix.
 ad clo. ij. Si nos vobis spūalia se-
 minamus non est magnuz si vstra
 carnalia metamus **Q**uinto querit-
 tur quare vadunt tot cum dyaco-
 no Dicendū qz figt xpm quez multi
 secuti sunt vt habet jo. xj. Ecce mū-
 dus totus post ipsū abiit **S**exto
 querit quid debet postea facere Ad
 qd dicendū qz quinqz Primo ora-
 re contra medium altaris sm offici-
 ū romanū **M**ūdacor meū ac Quia
 non est speciosa laus iore peccatorz
 secūdu autē ordinē nostz et alios
 multos hoc non obseruat sed solū
 ea q sequitur **S**ecundo debet acis-
 pere benedictionem in signū qz nul-

lus debet auctoritate ppria predica-
 re naz p̄dicatoz debet mitti ab alio
 iuxta illud apostoli Ro. x. Quomō
 p̄dicabunt nisi mittant Datur autē
 b̄ndictio visibiliter dyacono s̄ nō
 subdyacono quia deus inuisibilis
 manens leges et p̄phetas inuisibilis
 misit sed post q̄ i terris visus et cō-
 uersatus cum hominibz et aposto-
 los et euangelistas visibiliter mi-
 sit dicens Euntes doctete et p̄dicate
 et cetera illi autē egressi circuibant
 per castella euangelizantes et pre-
 dicantes vbiqz **T**ercio debet popu-
 lum salutare dicendo domin? vobis
 cum in quo figt se orare vt dñs sit
 cum eis qui credit eos attentos in-
 audiendo verbuz dei **E**t cluz? respō-
 det **E**t cum spiritu tuo **A**c si diceret
 qz etiam tecum fit ad dicendū et p-
 ferendū virilit **Q**uarto debet thui-
 ficare euangeliū in signum qz odor
 diuine noticie que fit per euangeli-
 um in alios deueniret per misteriu
Quinto debet primo signare libzū
 quasi dicens hic est liber crucifixi
 quem predico **V**nde apostol? p̄mo
 ad cloz? **P**rimo nos predicam? cris-
 tum crucifixū **P**ost frōtem suam q̄
 si dicēs crucifixū p̄dicare nō erubet
 eo p̄mo dico cū apostolo **M**ichi ab-
 sit gloriari ac **A**d galla. vj. p̄ os
 quasi dicens **C**rucifixū ore predico
Post pectus q̄si dicens **C**rucifixum
 corde credo post totum corpus vt re-
 cedat aduersariis scz dyabol?
De modo cantandi euangelium

Secundo de hijs que euangeli-
um sunt comitancia Circa q̄
hec videbuntur primo vbi debet ca-
tari. Ad qd̄ dico tria. Primum est qd̄
debet cantari in sinistra parte alta-
ris Ratio est quia ex euangelio et
per euangelium fuerunt vocati pec-
catores Vel in signuz qd̄ cristus lo-
quens in euangelio non venit voca-
re iustos qui p̄ dexteram sed pecca-
tores ad penitenciam qui per sinis-
tram intelliguntur Secunduꝝ est
qd̄ debet dici versus aquilonē in sig-
num qd̄ euangelium est ad euitaci-
onem maloz et imitationeꝝ ad bo-
nuz mali aut̄ p̄ aquilonē intelligū-
tur iuxta illud Iheremie primo ab
aquilone pandet̄ omne maluz Per
aquilonē etiam intelligitur dyabo-
lus contra quem euangelium ordi-
natur de quo dicitur ysa. xiiij. Pos-
nam sedem meam a facie aquilonis
Tercium est qd̄ debet dici in loco al-
to et eminenti Ratio est quia loc⁹
eminens scilicet celum credentibus
euangelium confertur Luc. xj. Be-
ati qui audiūt verbuz dei etc. Vel in
signuz qd̄ euangeliuz publice est p̄-
dicandum Juxta illud Mathe. xj.
Que vobis dico in tenebris in lumi-
ne dicite Et ysa. ij. Super montez
excelsū ascende tu qui euangeli-
zas syon Secundo quomō debz
cantari Ad qd̄ dico Primum q̄tū ad
vocem qd̄ debet alte dici et legi dis-
tincte In signuz qd̄ doctrina xp̄i dz
omēs alias p̄cedere et p̄ire Unde

apostolus ad hebreos. vij. Lex nes-
minem ad p̄fectionem Euangeliū
aut̄ opatur ad salutem omni credē-
ti Secundo q̄tū ad sonum et ad
modum cantandi dico qd̄ debet inci-
pi a sono maturo ad infinuandum
qd̄ p̄ cristuz nunciatur illud quo so-
brie iuste et pie viūam? etc. Ad t̄p-
tum p̄mo Terminatur autē in aci-
to vt ostendat qd̄ ad introituz glo-
rie alte iam fumus eleuati Vel alia
racōne quia p̄ legem antiquam so-
lum temporalia p̄mittuntur Ideo vt
didum est lediones terminant̄ in
accentu graui Sed in euāgelio p̄-
mittuntur celestia ideo terminant̄
in accētū acuto. eleuās vocē Ter-
cio quomō debet int̄ytulari Dicens
duꝝ qd̄ quādo sumitur de principio
textus vt ibi In principio erat vers-
bum vel ibi liber generacionis ih̄u
xp̄i et ibi fuit in diebo illis Tūc dz
dici sic Iniciuz sancti euangeliꝝ dz
si fuerit aliūde vt comūiter fit tūc
debet dici Sequencia sancti euan-
gelij et p̄ dz addi euangelista eꝝ
illa sunt verba puta s̄m ioh̄em vel
s̄m math̄ etc. dz tūc q̄ritur q̄re
in epl̄a nō dicim? s̄m paulū vel pe-
trū sicut dicim? in euāgelio s̄m ioh̄-
vel math̄. Ad qd̄ dicitur qd̄ epl̄e fce
sunt p̄ eos a q̄bo dnoiant̄ ioh̄ optie
p̄t dici epl̄a pauli vel ioh̄. s̄ euāgeli-
um nō ē fcm̄ s̄ solū recitatū p̄ illum
eꝝ dz Vñ euāgeliste nō sūt actōes
verboꝝ xp̄i s̄ solū recitatores ioh̄ dz
dici s̄m ioh̄. l̄ s̄m lu. scz s̄m qd̄ ioh̄. vel

lucās recitat **B**ene dicit euangelium cristi quia ipse fuit actor. Quarto quomodo debet responderi post intyulationem Dicendū q̄ debet respōderi a clero **G**loria tibi domine quia salus p̄ euangelium nūciata imēdiatē a deo habetur quā p̄pter merito deus ap̄ populo magnificatur **J**uxta illud ps̄ **G**loriaz regni tui dicent

De hīs que spectāt faciēda ad audientes euangelium

Quāto agemus de hīs q̄ sunt ad audientes euangeliū p̄tinentia **C**irca q̄d videndum est quomō dum euangeliū dicitur populū debet se habere **E**t sciendūz p̄mo q̄ audientes debent stare et non sedere in signū quasi parati p̄ euāgelio pugnare et fide cristi seruanda dicens cum petro paratū sum in mortē et in vitam ire **S**ecūdo capita de tegere et discooperire in signū q̄ p̄dicatur eis nuda et clara veritas in huius figurā velū templi scissū est **L**uc. xxiij. **V**el etiā in signū q̄ sunt parati obedire euangelicē veritati. **V**el in signū q̄ detur intelligi q̄ inter deum et ipsos nullum debet esse medium **V**el ad signū q̄ mens debet esse apta ad obseruantia illorum q̄ ibi dicitur. et audia. et volūtaria et attenta ad audiendū et p̄sequendū **T**ercō baculos si portant debent deponere **A**d significandū illud q̄d dicitur **M**atth. vj. **Q**ui percussit te in nā maxillā p̄be ei et a

liam **Q**uāto faciēda ad euangeliū uertere in signū reuerentiē et attentionis diligentis ad ea que dicuntur iuxta illud ps̄. **R**espice in facies cristi tui **Q**uāto debet se signare in principio et in fine euangeliū in principio ne dyabolus auertat mentes eorum ab euangeliū p̄dicacione **V**n̄ oze. dicitur **D**igna thau sup̄ frontes virorū gemēciū et dolentium in fine sc̄z dicto euāgelio ne dyabolus de eorū cordibus auferat semen uerbi dei **N**am demones signantur p̄ illos uolucres de quibus luce. viij. **V**olucres celi comederūt illud **Q**uid est faciēduz dco euāgelio

Quāto agatur de quibusdam que dicto euangeliū sunt fiēda **Q**uorū p̄mū est q̄ dicto euāgelio **S**ubdyaconus debet libriuz et puluinar reportare in signū q̄ p̄dicator q̄cūq̄ boni agit totum debet de deo referre et attribuere **V**n̄ ap̄stolus **L**aborauī nō ego sed gracia dei mecum **S**ecundū est q̄ libriuz ap̄tum sacerdoti ad osculandūz offerre debet et post clausum s̄m ritum quarūdam ecclesiarū alijs qui sunt in clero **R**atio aut̄ tangit in euangeliū ubi dicit **V**obis datur ē nosse misterū regni id est uerbi dei iō aptus offert sacerdoti **C**eteris aut̄ in p̄bolicis ideo alijs offert clausus vel offertur aptus sacerdoti q̄ ipse signat xpm̄ q̄ ap̄uit libri septē sigillis nostre redēp̄cionis siḡtum ut d̄

in Apoc. et traditur ad osculandū
sacerdoti et p[er] alijs ministris in signū
voluntarie implecionis ibi contēto-
rum Vel osculatur sacerdos in sig-
nū q[uo]d xp[istu]s approbabat sermonez
p[re]dicandū Et post dyaconus in sig-
nū q[uo]d nichil habet neq[ue] potest nisi
p[er] xp[istu]m et a xp[isto]

De salutari fidei exp[re]ssio[n]e et sym-
bolo pars. vi. p[ri]ncipalis. ij. capli

Quonsequenter in sexta p[ar]te p[ri]-
ncipali scđi capli p[re]cedendū est
salutari fidei exp[re]ssio[n]e q[ua]m in symbolo
continetur Diuiditur autē hec p[ar]s
p[ri]ncipalis i[n] tres p[ar]tes in p[ri]ma mo-
uebo aliqua dubia circa symbolū
et circa articulos in secūda d[icitu]r diuisio
ne symboli et a quib[us] apostolis fu-
erunt articuli cōditi et positi in ter-
cia de exp[re]ssio[n]e symboli Circa q[uo]d
nota q[uo]d cum symbolo tota fides nos-
tra et articuli dei contineātur q[uo]d ad
eius d[ic]tationē p[er]fectā optet lege-
re omnes quatuor libros sententi-
arū sed p[er]transēdo breuiter et mo-
uendo aliqua dubia circa aliquos
articulos p[er] ordinem ita p[re]cedemus

Primo videbitur quare symbolo-
lum dicitur post euangeliū Ad q[uo]d
dicendū q[uo]d in signū q[uo]d h[ab]et que dis-
cunt in euangelio debet fides exhi-
beri et credere que audiui[m] in euā-
gelij p[re]dicatio[n]e Vnde apostol[us] ad
Ro. x. Fides ex auditu/auditus autē
p[er] uerbu[m] dei **S**ecūdo quare sacer-
dos ip[s]m incipit et chorū ip[s]m p[re]se-
quitur dicendū q[uo]d ratio est quia fi-

des nobis a xp[isto] reuelat et ab ip[s]o
ad populum d[er]iuatur In cui[us] sig-
num ipse incipit credo in quo fides
p[er] distinctos articulos explicatur
Tercio queritur quare fides est
nobis necessaria Et dicendū q[uo]d p[ro]p[ter]
quatuor bona q[ua] in nobis opatur
Primum ergo est q[uo]d p[er] fidei anima
deo coniungit Nam aia xp[istiana] fa-
cit quasi q[uo]dam m[er]itoniū cui[us] deo
Vnde Osee scđo Sponsabo te mi-
hi in fide et inde est q[uo]d homo cū bap-
tizatur p[ri]mo confitetur fidem cū de-
ci credo q[uo]d Baptismus enim sine
fide non prodest ideo dicit d[omi]n[us] Qui
crediderit et baptizatus fuerit sal-
uus erit Mat. vi. Secūdo est q[uo]d ex
fide in nobis vita eterna incōatur
Nam vita eterna nihil est nisi cōg-
noscere deū ut dicit d[omi]n[us] job. xxvij
Hec est vita eterna q[uo]d Et hec cōg-
nitio incipit in nobis hic p[er] fidem s[ed]
p[er]ficiatur in vita futura quia tūc cōg-
nosceremus eū sicut est ut dicit jo-
in canonica sua Et ideo dicit ad he-
breos. xj. Fides est substantia spes-
randar[um] rerum q[uo]d Terciu[m] est quia
p[er] fidem vita p[er]ns d[er]igitur Nam ad
hoc q[uo]d homo bene uiuat oportet q[uo]d
sciat necessaria ad uiuendū fides
autē docet omnia necessaria ad bene
uiuendū Ipsa enī docet q[uo]d est vn[us]
deus qui est remunerator bonorum
et punitor malorum. et q[uo]d est aliavi-
ta p[re]ter istam et hui[us]modi quibus al-
licimur ad bona et uitamus mala
Abacuc. ij. Justus autē ex fide uiuit

Et quidem hoc patet quia nullus pphetaz ante aduentum xpi potuit cum toto conatu suo tunc scire de deo et necessarius ad vitam quantum post aduentum xpi scit una vetula per fides ideo dicitur psalms .xj. Repleta est terra scientia domini. Quartum est quia fides est qua vincimus temptationes ad hebreos .xj. Sancti per fidem vicerunt regna et hoc patet quia omnis temptatio vel est a dyabolo vel a mundo vel a carne si a dyabolo qui temptat ut non obedias deo nec subicias te ei hoc remouetur per fidem. Nam per fidem cognoscimus quia deus est dominus omnium et sibi est obediendum. Ideo dicit petrus aduersarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem deuorare. In fide autem. Si est a mundo qui temptat vel alluciendo per speris vel terrento aduersis hoc remouetur per fidem que nos facit credere aliam vitam meliorem. Ita ideo despicias in prospera et non formidam aduersa. i. Jo. v. Hec est victoria que vincit mundum fides nostra quia ipsa docet nos credere bona maiora scilicet paradisi et mala peiora scilicet inferni. Si autem est in carne que nos inducit ad temptationes et delectaciones momentaneas presentis vite etiam remouetur per fidem que ostendit nobis quod si istis adheremus inde vitam perdemus eternam quia si secundum carnem vixeritis moriemini ut ait apostolus ad Romanos .viii. Ideo dicit ad ephesios .vj. In omnibus sumentes scutum fidei in quo

possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Sic ergo patet quomodo est multum utile habere fidem. Sed diceret quis certe stultus est credere quod homo non videt nec sunt credenda dubia. Quomodo quis non debet dubitare in fide sed firmiter credere. Sed dicendum quod non primo per clarum quod hoc dubium tollitur et potest responderi quod. Propter tria non est stultus credere quod non videtur. Primo propter nostri intellectus infirmitatem. Secundo propter vite nostre necessitatem. Tertio propter miraculorum multipliciter. Primo dico propter nostre intelligentie infirmitatem. Nam si homo posset cognoscere omnia visibilia et invisibilia stultum esset credere quod non videmus sed cognitio nostra est a deo debilis quia nullus philosophus potuit inuestigare perfecte naturam vniuersi musce. Immo legitur quod vnus philosophus fuit valde sollicitus ut sciret naturam apis si intellectus noster est ita debilis nonne stultum est nolle credere de deo nisi illa tantum que homo potest cognoscere per se. Et ideo contra hoc dicitur. Ecce dominus magnus conuincens scientiam nostram. Job. xxxvj. Secundo propter vite nostre necessitatem quia nisi velimus credere ea que non cognoscimus non possumus vivere in hoc mundo quomodo enim aliquis posset vivere nisi credere se alicui quomodo enim aliquis potest scire quis est pater eius quomodo fierent negaciones in hoc mundo nisi crederent

perfecte ea que non cognoscuntur.
Certum est autem quod nulli est ita credendum sicut deo. Ideo illi qui non credunt dictis fidei non sunt sapientes sed stulti sicut ait apostolus .j. ad thym. vj. **D**upb? est nihil sciens si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri ihesu christi.
Tercio propter miraculorum multiplicata. fatuum enim esset non credere literis missis a rege sigillatis sigillo suo primo nullus eis contradicere audet quia littera illa precesserit de voluntate regis. **C**onstat autem quod omnia que sancti docuerunt et tradiderunt nobis de fide christi: signata sunt sigillo proprio dei quod signum est illa operatio quam nulla creatura credere posset. **N**ec sunt miracula quibus christus confirmavit dicta apostolorum et sanctorum. **E**t si dicas quod miracula nullus videt fieri hoc tamen constat per historias paganorum quod mundus totus quasi colebat ydola sed modo omnes conuersi sunt ad christum. **S**apientes nobiles ignobiles viri et mulieres ad predicacionem hominum simplicium pauperum predicacionem paupertatem et fugam delectacionum. **A**ut ergo hoc factum fuit miraculose aut non? **S**i miraculose habeo propositum non dico quod non potuit esse maius miraculum quod quod mundus sine miraculis per simplices homines conuerteret. **N**on ergo queramus aliud nec dubitemus de fide sed credamus ea que sunt fidei et explicamus in simbolo magis quam ea que visus videt quod visus hominis de-

api potest non autem scientia dei. **E**t ideo quod in simbolo de quo nunc agit implicatur articulus fidei. **Q**uarto videtur quid est articulus? et quare sic dicitur. **E**t dicendum secundum Richardum de sancto victore. **A**rticulus est indivisibilis veritas de deo artans nos ad credendum. **D**icitur autem indivisibilis veritas quia non potest resolui in plures difficultates speciales. et dicitur talis veritas articulus ad similitudinem in rebus corporalibus in quibus articulus vocatur organum quod non est divisibile in plura. **Q**uod autem est divisibile in plura non dicitur articulus sicut manus que in plures digitos diuidi potest sed ipse digitus vel pars eius articulus dicitur similiter veritas fidei que non diuiditur in plures difficultates speciales dicitur articulus quod autem dicitur artans nos ad credendum. **I**ntelligendum est non de artatione coactionis cum nullus est credens nisi volens sed de artatione suppositionis scilicet si volumus saluari artamur ad credendum quia sine fide impossibile est placere deo ut **M**atth. ultimo dicitur. **Q**ui non crediderit dampnabitur. **Q**ui queritur quot modis dicitur articulus. **E**t dicendum quod duobus modis. **V**no modo omne illud ad quod artat nos fides. et isto modo deus est verum est articulus quia quantum alio modo hoc scire possumus scilicet per scientiam tamen etiam per fides artamur. **A**lio modo omne illud ad

quod nos artat sola fides et isto modo dicitur articulus illud quod excedit rationem naturalem viatorum ut deum esse trinum in personis et filium incarnatum et huiusmodi proprie et stricte dicuntur articuli fidei. Sexto queritur quid est symbolum. Et dicendum quod symbolum dicitur a similitudine vel collectione. Unde symbolizare dicitur aliqui quando ex pluribus partibus fit unum conuiuium. Et hoc modo triplici ratione dicitur symbolum. Primo modo dicitur symbolum a collectione plurium hominum ad unam fidem. Secundo modo a collectione multorum predicantium et declarantium fidem. Tertio modo a collectione articulorum ex diuersis locis scripture in qua tota fides quantum ad credibilia continetur. Et hoc modo dicitur hic symbolum a similitudine et totum quia quilibet apostolorum suum uolumus id est articulum posuit ut infra dicitur primis etiam duobus modis symbolum dici potest. Septimo queritur que necessitas fuit inueniendi symbola. Dicendum quod duplex necessitas vel utilitas fuit conueniendi symbolum. Prima necessitas siue utilitas est certa et facilius cognitio credentium vel maior cautela contra fraudem hereticorum fidem corrumpentium. Nam cum fidei ueritas diffusa in sacra scriptura continetur in pluribus locis et longum studium requireretur ad colligendum summam ueritatem fidei necesse fuit in summa

colligere ut sic ergo collecta omnibus proponeretur ad credendum ne fides simplicium per hereticos deprauantes scripturas corrumpatur. Secunda utilitas vel necessitas fuit propter hereses diuersas insurgentes temporibus diuersis quibus abolendis diuersa symbola facta sunt addendo vel declarando sicut expedit. Octauo queritur quot sunt symbola. Dicendum quod tria proprie loquendo. Primum est symbolum apostolorum. Secundum est symbolum nicenum. Tertium est symbolum athanasii scilicet. Quicumque uult saluum esse quod dicitur glo. in principio decretalium de summa trinitate et fide catholica. c. firmiter credimus. dicitur symbolum quartum largo modo et improprie legitur sed solummodo secundum theologos sunt predicta tria et etiam symbolum athanasii non dicitur proprie symbolum quia magis per modum doctrine quam per modum collectionis tradidit credenda. Nono queritur quare variis modis et temporibus symbolum cantatur. Dicendum quod symbolum apostolorum fuit additum tempe ueritatis nudum pro palatate ideo dicitur submisit in prima synodo sole bene lucere et impletorio. Symbolum autem nicenum factum fuit tempe ueritatis pro palatate contra aliquos hereticos insurgentes ubi declaratur quedam que in simbolo apostolorum non ita clare continentur ideo cantatur solemniter per euangelium in missa. Symbolum autem athanasii conuenitum fuit tempe ueritatis per hereticos

Ue tria sunt
Symbola

conuulſe ſed tñ ueritas p̄ualuit p̄p̄t
 qđ in mane cantat pulſis tenebris
 q̄nis illud fit magis p̄ modū doc-
 trine q̄ per modū ſymboli In hijs
 tribus ſymbolis continet eadem uer-
 itas ſ; magis clare i vno q̄ in alio
De ſymbolo ap̄loꝝ et diuiſione
 eius pars ſecunda

Hijs igitur p̄habitis uidentur
 eſt de diuiſione ſymboli ap̄lo-
 rum et a quibz aplis fuerūt condi-
 ti et poſiti articuli fidei Et q̄lit om-
 nes fuerunt p̄ p̄phetas p̄dicti Dico
 p̄mo qđ petrus ap̄loꝝ princeps po-
 ſuit p̄mū articuluſ iſtum ſc; Credo
 in deum patre oīpotenteſ creatoreſ
 celi et terre Et qđ dicit credo idē eſt
 acſi dicat corde aſſentio deuotione
 intento in deum qui paternitate
 ſua eſt p̄ncipiū totius diuini-
 tatis qz ab ipſo eſt filius p̄ genera-
 tionē et ſpūſ ſanctus p̄ p̄ceſſionem
 Et iſtū articuluſ p̄dixit iheremias
 Patreſ inuocabitis qui fecit terraz
 et condidit celos Et gen. i. in p̄nci-
 p̄cio creauit deus celum et terram

In iſto articulo continet diſtinc-
 te tres credite ueritates Quarū pri-
 ma eſt de diuina unitate cum dicit
 credo in deum in ſingulari numero
 et non in plurali Secūda eſt de di-
 uina omnipotentia cū dicit Patre
 oīpotenteſ Tercia de mūdi crea-
 tione cum dicit Creatoreſ celi et ter-
 re Cum dicit patrem hoc eſt ualde
 dulce uerbuſ hōi fideli quia magna
 ſpes dat hōi in uerbo illo Patri em̄

nūq̄ p̄t de eſſe bona uoluntas ad fi-
 filios p̄cipue auz ipſe eſt pater mi-
 ſericordiaz. a min? obliuiſciſ filio-
 ruſ ſuoz qđ mater carnalis yſape-
 xlix. Nūqđ mater obliuiſciſ infantē
 ſuum ut non miſeratur filio uter-
 fui Et ſi oblita fuerit ego tñ nō ob-
 liuiſcar tui Cū aut omnipotens ſit
 non p̄t ei de eſſe potestas nō imple-
 to bonam uoluntate quā habet ad
 filios Contra hoc uerbuſ peccat qđ de-
 relinquit deū p̄ iniuſtaz rerū acq̄-
 ſitionē et adherent dyabolo nō res-
 tituendo res iniuſtas credentes ſe
 ſame mori ſi deo aſſident huiſet Vis-
 dent em̄ credere qđ dyabolus ſit me-
 lioris uoluntatis uel maioris p̄tatis
 ad p̄uidendū eis qđ ei ſeruiūt qđ de?

Articulus ſecundus

Secundū articuluſ ſc; Et in iſe-
 ſum x̄pm filiuſ eius uniuſi uōi-
 nū noſtrū poſuit iohānes aplis eti-
 am euangelista qui poſt dictū bea-
 ti petri apli adiunxit Et in iſeſum
 x̄pm ac Equideſ ſuement h? arti-
 culi deſcrip̄tio fuit ſibi data auz ma-
 ieſtas uerbi in cena fuit ruelata ut
 p̄ſonaz filij explicaret in ſcdo arti-
 culo fidei xp̄iane Et iſtū articuluſ p̄-
 dixit dauid diceſ Dñs dixit ad me
 filius meus es tu ac Cū em̄ dicit a
 in iſeſū x̄pm notat mediatoris per-
 ſonā Cū dicit filiuſ notat gnacionis
 p̄ceſſionē Cū dicit uniuſi denōt qđ
 totā gl̄am patris poſſidet Cum aut
 dicit dominū notat qđ omniū diuici-
 az poſſeſſor ſit et largitor

Articulus tertius

Quartum articulum scilicet Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine posuit iacobus maior frater iohannis qui fuerunt filii zebedae istud predictum per psalmum. Ecce virgo concipiet et in isto articulo ponuntur due distincte veritates Prima de christi conceptione cum dicit Qui conceptus est et Secunda de eius benedicta natiuitate cum subdit natus et Nota quod non solum necessarium est christiano credere filium dei sed etiam necessarium est credere eius incarnationem per quam visibilis nobis apparuit Baruth. iij. Post hoc visus est et cum hominibus conuersatus

Articulus quartus

Quartus articulum scilicet passus sub pontifice pilato. crucifixus mortuus et sepultus posuit iacobus minor Et istud predictum per zachariam. xij. c. Aspicent ad me quem conspexerunt Nota primo quod iste articulus est necessarius ad salutem sicut procedens quia sicut debemus credere incarnationem filii ita necessarium est credere passionem et mortem eius quod secundum Gregorium nihil nobis nasci profuisset nisi redimere voluisset Nota secundo quod in isto articulo describuntur quatuor edite veritates Prima est de christi passione quia christus antequam fuit crucifixus passus est scilicet flagellatus. illusus. contumeliosus. alaphis cecus velatus facie. colophisatus. et spinis coronatus Secunda est de christi crucifixione. Ter-

cia de christi morte. Quarta de sepultura Et iste veritates sic sunt distincte quia hora matutinali fuit passus usque ad tertiam. et hora sexta crucifixus. hora nona mortuus. et hora vespertina sepultus

Articulus quintus

Quintum articulum scilicet descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis posuit Thomas Et istud predictum per Osee. viij. c. O mors ero mors tua morsus tuus ero inferne Et notate dicit morsus quia partem tulit et maiorem dimisit Nota primo secundum sanctum Thomas quod statim quando anima christi fuit a corpore sepata. tunc anima christi deitate unita descendit ad lymbum patrum et mansit ibi ab hora mortis christi usque ad horam resurrectionis. et hoc fuit tempus. xl. horarum. quia diluculo diei tertiae surrexit in eadem hora resurrectionis eduxit eos de limbo Et licet anima christi fuit sepata a corpore tamen deitas mansit cum anima ad inferna descendente et etiam cum corpore in sepulchro iacente Nota secundo quod ex isto articulo habemus duo dogmata Primum est quod debemus habere spem de deo quia si illos qui fuerunt in limbo visitauit. quilibet nostrum potest confidere quod non derelinquet nos in tribulationibus nostris

Articulus sextus

Sextum articulum scilicet ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis posuit iacobus maior Et hoc predictum per Amos nono capitulo. Qui edificationem ascendet

tionem in celo. **N**ota q̄ necessari-
um est credere q̄ xp̄us quadragesi-
ma die celos ascēdit q̄a sicut credi-
mus passionē et resurrectionē sic et
ascensionē. q̄z passio accendit nos
ad caritatē. resurrectio erigat nos
ad fidem. ascensio eleuat ad spem.

Nota secundo q̄ in isto articulo
magnitudo virtutis designat quia
ascendit in forma humana auz cor-
pe et anima. et aūtraq̄ natura di-
uina et humana. s. de monte oliue-
ti qui distat a iherusalē p̄ mille pas-
sus. p̄nte beata virgine maria auz
ap̄lis et alijs mulieribus que secu-
te erāt eū i galilea auz. lxxij. discipu-
lis. Et veri filie est q̄ multi alij fuerūt
ibidem p̄ntes vt Nicodemus. Sama-
liel et sic de alijs qui fuerunt occulti
discipuli xp̄i p̄pter metū iudeoz ve-
nerūt cum p̄cessione ad montē oli-
ueti vt viderent xp̄m dñm suuz ascē-
dere in celum. Vnde dicit magister
hystoriarū q̄ factō p̄randio in die
ascensionis congregauerūt se in mō-
te syon xp̄i discipuli. et exierūt auz p̄-
cessione in montē oliueti.

Articulus septimus
Septimū articulū (scz inde ven-
turus ē iudicare viuos et mor-
tuos) posuit philippus. Et istud pre-
dixit sophonias. iij. c. Expecta me
dicit dñs in futurū qz iudiciū meuz
vt agregē gentem et colligam reg-
na. **N**ota p̄mo q̄ locus iudicij ex-
tremi est vallis josaphat. Vñ iobe-
lis. iij. Adducaz oēs gentes in val-

le josaphas vbi disceptabo auz eis
non tñ putandū est q̄ xp̄us ad val-
lem descendat et q̄ oēs iudicandos
vallis ille recipiat. Sed xp̄us erit
in aere in loco eminenti vt ab omi-
bus posset videri. et circa euz erunt
sancti cirāq̄. Et mali erūt in terra
vndiqz circa locū iudicij. **N**ota se-
cundo q̄ cristus debet venire auz an-
gelis et sanctis q̄ tūc erunt in celo.
Vnde mathei. xxv. Cū venent filii
hoīs in maiestate sua et oēs ange-
li eius cum eo. **N**ota tercio q̄ de-
bet fieri citatio iudicandoz p̄ vocē
tube que in aduentu iudicis ab ois-
bus audietur job. v. Venit hoīa
qua oēs qui in monumēto sunt au-
dient vocē filij dei. et s̄m magistrū
sentē. Vox ista est xp̄i vel alie? an-
geli vel plurū angeloz. Et dicit ille
la vox tuba p̄pter hoc qz erit valde

Articulus octauus apta
Abitis articulis fidei sp̄ealiter
respicientibz p̄sonas patris
et filij. **N**uc videndū est de hijs qui
respiciūt terciaz in trinitate p̄sonaz.
Istū articulū (scz Credo i sp̄m sc̄m
posuit Bartholomeus. Et hoc p̄dixit
iobelis. ij. Effundā de sp̄u meo sup
omnem carnem et p̄phetabunt filij.
Nota p̄mo q̄ sicut necessarius ē
ad salutē credere in patrē est filius
ita et in sp̄m sanctū qz ip̄e ē p̄ oia
patri et filio eq̄lis qz ē eiusdē essen-
cie auz eis et p̄cedit a patre et filio
vt cantat in simbolo. Qui a patrē ac-
vñ ab ap̄lo etiā sp̄s filij nūcupat

Articulus nonus

Nonū articulum (scz Sanctā ecciaz catholicā) posuit Na-
thaeus Et istud p̄dixit Michaeas in
uocabunt oēs deū et seruient ei etc
Mo p̄o q̄ eccia est congregatio fi-
deliū et q̄libz homo in gra existens
est mēbrū eccie et xp̄us est caput
et illius corpis aīa est sp̄s sanctus
quia sp̄s est qui uiuificat **N**ota
secūdo q̄ eccia varijs modis dicit̄
Primo dicitur vna extra quā nullus
saluat̄ et intra quā nullus dāpnat̄
Et illud figurat̄ in archa noe in q̄
oēs qui fuerūt saluabant̄ et oēs q̄
extra eā fuerūt submergebant̄ iō
valde piculosum est extra ecciaz eē
Item p̄scindit̄ autē quis ab eccia
tripliciter **P**rimo p̄pter quodcūqz
peccatū mortale qz licet peccatores
sint de eccia q̄tum ad numerū p̄p̄
xp̄ianitatis signaculū nō tñ quātū
ad meritū **S**cdo p̄pter heresim **T**er-
cio p̄pter excoīcationez qui in aliq̄
istorū mortuū esset nō esset cū fideli-
bus sepeliendus nec p̄ eo orandū
Scdo eccia dicitur sancta ad dif-
ferenciā eccie malignancū que nō
est sancta sed puerfa p̄s **O**diui ec-
clesiā malignancū **T**ercio eccle-
sia dicitur catholica .i. vniuersalis
Primo q̄tum ad locū qz p̄ totum
mundum p̄dicat̄ **R**o. j. Fides vestra
anunciat̄ in vniuersa terra **S**cdo
quātū ad sexū q̄a nullus abicit̄ siue
iuuenis siue senex siue masculus si-
ue feīa **T**ercio quātū ad tempus .

quia oēs fideles q̄ fuerūt a princ̄
pio abel iusti et qui in finez mundi
erūt hos continet eccia et durabit
vsqz ad finem mundi

Articulus decimus

Decimū articulū (scz scōz cōio-
nem remissionē peccatorū) po-
suit Dymō chananeus eo q̄ de cha-
na galilee fuisse dicit̄ Et istud p̄dix-
it p̄s Qui p̄piciat̄ oibus iniquitatibz
etc **N**ota p̄mo q̄ sanctorū cōio-
est bonoz sp̄ualiū p̄ sanctos acq̄si-
torum congregatio et sic etiā speci-
aliter restat credenda in eccia sanc-
torū cōmūcio **N**ota scdo q̄ ta-
puemunt a sanctorū cōmūcio . scz
indulgentia p̄latorū . p̄ces sanctorū
a suffragia mortuorū indulgentie
em̄ veniūt de thesauro eccie et sanc-
torum cōmūcio . et hūc thesaurum
dispensari hnt̄ prelati eccie plus et
minus huic et isti fm̄ . cāz rōnabilez
Nota tercio q̄ quatuor requirū-
tur ad hoc q̄ indulgentie valeant
fm̄ sanctū **T**ho . duo ex pte dantis
scz autoritas . et causa rōnabilis scz
utilitas ecciastica **E**x pte recipien-
tis etiā duo scz vt sit contrit̄ et cō-
fessus . et faciat illud p̄ quo indul-
gentie sunt date **E**t contra istū arti-
culū faciūt desperantes p̄pter multi-
tudinez peccatorū eoz . desperatio
em̄ maximū peccm̄ est vñ p̄s . de sūo
bono **D**esperatio est peior oī peccas-
to vñ etiā **A**uḡ sup̄ ioh̄ . **D**e nemi-
ne desperandū est in hac vita soluz
em̄ d̄peracoīs crimē est qd̄ mediri
f iij

nō p̄t erēdere debemus remissionē

Videam? articū? pccōz

Dodecimū articū (scz carnis
resurrectionē) posuit iudas
thadeus terā? frater duozū quem
thadeū hoc est coraulū eo q̄ custos
cordis esset vocabāt apli Et istud
p̄dixit Ezechielis. xxxvij. Educam
vos de sepulchris popule meus Et
job clarius dixit Credo q̄ redemp-
tor meus uiuit q̄c **N**ota p̄mo q̄
oēs hoīes simul resurgent in nouis
fimo die vñ job. v. uenit hora in q̄
omēs qui in monumētis sunt audi-
ent uocē filij dei. et qui audierint ui-
uent Item ap̄lus. j. Ad clōz. xv.
Omēs quidē resurgemus Creden-
dū ē oī xp̄iano q̄ q̄libet homo idem
in numero resurget unde Job. xix.
Rursū c̄rūd abo pelle mea. et i car-
ne mea uidebo deū saluatore meum

Articulus duodecim?

Dodecim^m et vltim^m articū scz Et
vitā eternā Amē posuit mathi-
as Et istud p̄dixit daniel. xij. Eui-
gilabūt. alij i vitā eternā alij in ob-
probriū **N**ota q̄ omis hō debet
credere vitā eternā que vitā ip̄e de-
us est job. xiiij. Ego sū uia ueritas
et uita Et ideo aīa que semp est con-
iuncta deo semp habebit vitā eter-
nā Et nota q̄ uita eterna oibus ho-
nis abundat i deo finis oīm desidei
oz nostroz nā in uita eterna sens?
delctābil. iutellctūs illuiabil. affec-
tus q̄etabil. Appetit? faciabil. vñ
Augusti. li. ij. de ciui. dei. O care il

lam uitaꝝ amplecti debuisti ubi est
uita sine morte. lux sine tenebris. iu-
uentus sine senectute. pax sine dis-
cordia. uoluntas sine iuria. regnū
sine cōmūtatione qz non amittatur
Vñ job. xvj. gaudiū uestruz nemo
tollit a uobis **N**otandū q̄ licet
iuxta numerū ap̄loz articuli sunt.
xij. tñ iuxta numerū credendū sū
cōmunē accepōne sunt. xiiij. quoz
sufficiēcia sic habetur qz articulus
fidei ā ē de deo tñ aut de deo et hoīe
simul **S**i est de deo tantū tūc c̄rca
diuinitatez tria sunt cōsideranda scz
unitas essecie. trinitas p̄sonaz. et
effectus diuine uirtutis **S**i cōside-
remus unitatē essecie sic habem?
p̄mū articū Credo in deū **S**i cōsi-
derem? p̄sonaz trinitatez habem?
tres vnū de p̄sona patris scz patrē
om̄ipotentē. aliū de p̄sona filij scz
Et in ih̄esum xp̄m. aliū de p̄sona
sp̄s sancti scz Et in sp̄m sanctum
dñm **S**i aut cōsiderem? effectū di-
uine uirtutis q̄ est triplex scz natu-
re. gracie. et glorie. sic habem? tres
vnū de effectū nature scz creatorez
celi et terre **A**liū de effectū gracie
scz sanctā ecciam scōz cōmōionez re-
missionē pccōz **A**liū de effectū glo-
rie scz carnis resurrectionē et vitā
eternā amē Et sic habem? .vij. p̄ti-
nētes ad diuinitatē q̄ in hoc uersu cō-
tinent **E**st vnus sunt tres creat in
dulget qz corōt **S**i at de dō et hoīe
fil h̄ ē dupl̄r ā de accepōne et sic ē
ille q̄ cept? de sp̄u q̄c **A**ut de natis

uitate et sic est ille. nat? ex maria virgine aut de passione et sic est ille. passus est sub pondio pylato. Aut de descensu ad inferos et sic est ille descendit ad inferos. Aut de resurrectione et sic est ille tertia die resurrexit a mortuis. Aut de ascensionu et sic est ille ascendit ad celos et sic est ille de aduentu ad iudicium et sic est ille inde venturus est iudicare et sic habemus septem pertinentes ad humanitatem que continentur in hijs versibus. **S**ignificatur ac oritur patris descendit ad yma. **S**urgit et ascendit veniet discernere cuncta. **N**ota quod paulus et barnabas qui apostoli nuncupantur nihil in symbolo posuerunt quia fuerunt electi per missionem apostolorum. xij. ad predicandum nec numero illo duodenario continentur et hec de diuisione symboli apostolorum dicta sufficiant.

De expositione symboli per tertia articulus primus

Dico superius de symboli apostolorum diuisione dicendum est consequenter de expositione symboli quod in missa cantatur quod symbolum nuncupatur eo quod in missa synodus est explanatum ab antiquis patribus ecclesiasticis que non aliud ab ipso quod dictum est. sed eosdem articulos magis ad erroris exclusionem expresserunt. **P**rimum articulum sic ponentes dixerunt. **C**redo in unum deum patrem omnipotentem factorem celi et terre. **A**d cuius euidenciam notandum quod primo ponunt quedam que pertinent ad essencie diuine unitatem.

Secundo que pertinent ad personarum trinitatem ibi patrem omnipotentem. **P**rimo ergo quantum ad essencie unitatem dicitur. **C**redo in deum hunc autem quod dicitur unum fuit additum per ecclesiam ad symbolum apostolorum ad corrigendum errores (ut dicit augustinus) dicendum in diminis duas esse substancias. **C**ontra que dicitur deuteronomio. xvij. **A**udi israel dominus deus noster. **D**eus unus est. **E**t non erunt tibi dii alij preter me. **N**on erit in te deus recens neque adorabis deum alienum ego enim dominus. **V**ni inter omnia credibilia istud est preteritum quod sit unus deus omnia prouidens et gubernans. **M**odum quod contra hunc articulum plures errores euitandi occurrunt. **P**rimus. quorundam gentiliu et paganoru ponencium plures esse deos diuersitate essencie habentes et ab invicem differetes contra que est iam allegatum. **D**ecidendum est atropolimofitarum ponencium deum esse corpus eius et ad modum corporis hominis formatum. **C**ontra que dicitur iohannis. **S**piritus est deus et eos que adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. **T**ercius est egyptiolorum dicentium deum non habere sciens nec prouidenciam de rebus. contra que dicitur per matiam. **O**rem sollicitum prouidentes in eum qui ipse cuius est verbum omnibus quod est in illos que dicit omnia esse a causa quod est fatuum. **N**am nullus est ita amens qui videat res naturales gubernari et disponi quodam ordine et certis temporibus preterire. **V**ideamus enim solem et lunam et stellas et alia naturalia sua esse cuius determinatum quod non esset si a causa eueiret. **T**ercius error est in illos que dicitur autem quod ad humanum non disponunt a deo.

quoz rō est quia vident malos p̄
sperari. bonos at̄ affligi iuxta illud
Je. xij. Quare via impioꝝ p̄spera
tur vñ est q̄d q̄d videt velle tollere
p̄uidenciã dei circa actus hūanos
sed hoc est valde stultū cogitare nā
talibz accidit sicut illi qui videt me
dicū p̄p̄mantē vñ infirmo vinū al
teri aquā. vñ medicinā dulcem al
teri amarā. quia si nesciret artez me
dicine crederet q̄ hoc fieret a casu.
q̄ nesciret causam iustā p̄pter quā
hoc fit. sic ē de deo. dat em̄ isti bonū
illi malum ex causa iusta quā nos
penitus ignoram? **Et** p̄pter hoc de
iudicijs dei que sunt abyssus multa
stulte iudicamus licet ipse qui oīa
nouit sc̄z preterita. p̄nc̄ia. et futura
iustissime hoc faciat. **De** quibz pa
trem oīpotentēz vbi ponuntur ea q̄
p̄tinent ad p̄sonam patris et h̄ du
pliciāter quia p̄mo ponit q̄d p̄tinet
ad ip̄m patreꝝ in se secūdo illud q̄d
p̄tinet ad ip̄m p̄ respectū ad crea
turas ibi **Creatorē** celi et terre **Pr**
mo ergo dicit patreꝝ oīpotentēz **Cō**
tra hoc fuit error quoz dā gentiliuz
philosophoz qui dixerūt deū non
esse oīpotentē sed soluz potentem
ad ea que naturaliter fiunt **Contra**
quos dicitur in p̄s **O**mnia quecūqz
voluit fecit. **Secūdo** dicit factoreꝝ
celi et terre visibiliū omniū ac q̄d p̄
tinet ad eius effectuz **Circa** q̄d no
tandū q̄ in alio simbolo dicit crea
tozem celi et terre ac̄ hic aut̄ factoz
rez ad denotandū q̄ omis p̄ductio

quecūqz sit siue p̄ factōne siue p̄ cre
acionē vel quouis alio mō reduc̄t
ad deū **Cōtra** hoc fuerūt t̄s erroꝝ
Primus manicheozū qui dicūt in
uisibilia et bona esse a deo visibilia
aut̄ et mala a dyabolo vel a deo ma
lo et causa erroꝝ eozū est quia cuꝝ
deus sit supreme bonus et verus nō
p̄t ab eo esse nisi bonū **Isti** ei erāt
quia nesciūt distinguere iter bonū
et malum simpliciter **Et** s̄m hoc di
cunt q̄ ignis quia vrit et aqua q̄
submergit sunt mala **Contra** quos
ponit augustin⁹ tale exemplū **Si**
aliquis intraret domū fabri aut̄ in
nirret ibi instrumēta ferrea quibz i
fringeret et lederet pedes et ex hoc re
putaret fabri malū quia tenet illa
instrumēta stultus esset cū faber te
neat ea ad opus suuz ita dicitur de
p̄dictis **Stultuz** em̄ esset dicere. q̄
creature sunt male quia in aliquo
sunt nociue et in aliquo non nā q̄d
vñ est nociuū alteri est vtile **Et** iō
cōtra istū erroꝝ ecclesia confitetur in
symbolo **Factorē** visibiliū et inuisi
biliū **Vñ** jo. i. **O**mnia p̄ ip̄z facta sūt
et sine ip̄o factū est nihil **Secūdo**
erroꝝ est ponendū mundū esse ab
eterno et isti ducti sunt ad hunc er
rorem quia nesciunt considerare p̄
cipiū mūdi de q̄ dicit moyses gene
sis primo **In** principio creauit de⁹
celum et terram et cetera **Istis** con
tingit sicut puero qui si statū q̄ nas
citur poneretur in filia et nūquaz
videret matrem ip̄pregnantem nec

puerum nasci. talis quoniam esset magnus
 nullo modo crederet qualiter hoc concipi-
 retur. portaretur. et nascitur quod sibi omnino
 videretur impossibile quod hoc posset esse
 in ventre matris. sic certe isti confide-
 rantes mundum primum non credunt quod in-
 cepit hoc autem est contra fidem ecclesie. Et ideo
 ad remouendum hoc dicitur. **F**actorum ce-
 li et terre quod si fuerunt facta. constat
 non semper fuerunt. Et ideo per ipsum dixit
 et facta sunt. **T**ercius error est po-
 nentium mundum fuisse ex preiacente ma-
 teria. Et ad hoc deductum fuit quod voluerit
 in eam potentiam dei secundum potentiam nost-
 ram. Et ideo quod hoc nihil potest facere ni-
 si ex preiacenti materia quod est cau-
 sa particularis et non potest inducere hanc
 formam nisi in materia decessu ab alio
 pre-disposita sibi. **C**uius ratio est quod vir-
 tus sua est determinata ad formam tantum.
 Et ideo non potest nisi huiusmodi. **D**eus est eti-
 am vniuersalis causa omnium rerum qui
 non solum creat formam primo materiam.
Vnde ex nihilo omnia creauit. **S**ecundo
 ad remouendum hunc errorem dicitur in
 alio symbolo. **C**reatorum celi et terre.
In hoc enim differunt creare et facere.
 quia creare est de nihilo aliquid face-
 re vel producere. facere autem est de ali-
 quo aliquid facere vel producere. **E**t
 nota quod ex huiusmodi consideratione homo
 dirigatur ad quatuor. **P**rimo ad cogni-
 tionem diuine maiestatis. **N**am factor
 preeminet factis. **V**nde quod deus est factor
 omnium. **C**onstat enim esse eminentiorem in
 est quod quicquid potest intelligi et cogitari est
 minus ipsi deo. **J**ob. xxxvj. **E**cce de-

us magnus vincens sciam nostram
Secundo ad gratiarum actiones quod ex
 quo deus est creator omnium rerum. certum
 est quod quicquid sumus et habemus
 a deo sumus et habemus. **V**nde prima ad
 chor. iij. **Q**uid habes quod non acce-
 pisti per deum est terra etc. **I**deo tene-
 mur gratias agere per deum. **Q**uid retribuaz
 domino pro omnibus quod retribuit mihi. **T**er-
 cio ad paciam in aduersis. **N**am licet
 hoc creatura sit a deo non tamen culpa quod
 peccatum non est a deo sed bene pena quam hoc
 sustinet a deo quaz debet sustinere
 paciam et quia est a deo et ad bonum
 ordinat nam pene purgant peccatum hui-
 liant reos. prouocant alienos ad amo-
 rem dei. **J**ob. ij. **S**i bona suscepimus
 de manu domini mala autem quare non sus-
 tineam. **Q**uarto inducitur ad be-
 ne utendum rebus creatis nam crea-
 turis debemus vti ad hoc ad quod crea-
 te sunt. **D**unt a deo facte ad duo pri-
 mo ad gloriam dei. **P**uer. xvj. **V**niuer-
 si propter semetipsum id est ad gloriam su-
 am operantur est deus. **S**ecundo ad vtili-
 tatem hominis. debemus ergo vti re-
 bus ad dei gloriam scilicet ad hoc
 quod deo placeamus et ad vtilitatem
 nostram scilicet quod non faciamus con-
 tra deum peccata. sed omnia que sunt
 vel habemus in deum referamus. **P**ri-
 mo paralipominum. nono. **T**ua sunt
 omnia et que de manu tua accepimus
 dedimus tibi. **Q**uinto diri-
 gimus in cognitionem humane digni-
 tatis quia deus omnia produxit propter
 hominem. **V**nde per omnia subieci sub pe-

ariius dixit ipm esse factum sicut a
 lie creature idcirco additur geni-
 tum **I**tem quia dixit qd non fuit vna
 natura cum patre addit consubstan-
 tialem patris idest vni? substance
 cum patre et sic p consequens equalis
Et qd arius dixit licet h mund? sensi-
 bilis factus est p verbum siue p sa-
 pientiam non tamen omnia qz ipm v-
 bum qd factum est non est factus p
 se ipm **E**t ideo addit p que omnia
 facta sunt vtz etiaz jobis. j. Omnia
 p ipm facta sunt etc **C**ontra illos q
 posuerunt ipsum non esse creatorem
Hic ergo ptz q credere debem? q
 cristus est vni? genit? et verus fili?
 dei **E**t q fuit cum patre eternaliter
 et q est alia psona a patre **E**t q e
 vni? substance cum patre **Q**uomodo
 aut hic fit q verbum gignit a patre
 ad aliqualem edificacionem **N**otan-
 dum q diuersa diuersuz moduz gene-
 raciois habent **G**eneracio em diui-
 na alia est q generacio aliaz reru
 sed nihilomin? non possu n ue me-
 us attingere ad modum generacois
 dei q p modum generacois in crea-
 turis repte iter creaturas an illud
 qd magis accedit ad similitudinez
 dei est aia hois **M**odus aut gene-
 raciois in aia est q ho p aiaz cog-
 noscit aliquid et concipit in mente
 et illud vocatur coceptio intellect?
 hui? **C**oceptio oritur ex anima si-
 cut ex patre et vocatur verbum seu in-
 tellectus hois aia em cogitando ge-
 nerat verbum suum **H**ic et fili? dei

nihil est aliud q verbum dei non si-
 cut verbum exterius platum quia il-
 lud transit **S**ed sicut verbum interi-
 us conceptum **E**t ideo verbum dei: fili-
 us dei dicitur a vni? nature et equa-
 lis deo **V**nde et **J**oh. de verbo dei lo-
 quens tres hereses destruxit **P**rimo
 fatum que tacta est cum dixit **I**n pri-
 cipio erat verbum **S**ecundo sabellij
 que etiam tacta est cum dicit **E**t ver-
 bum erat apud deum **T**ercio ariij
 cum dicit **E**t deus erat verbum **N**o-
 tandum insup q verbum aliter est
 in nobis et aliter est in deo **I**n nos-
 bis verbum nostrum est accidens sed i
 solo deo verbum dei idem est qd ipse
 deus cum nihil sit in deo quod non
 sit de substantia et essentia dei **N**ul-
 lus aut pt dicere q deus non habe-
 at verbum quia contingeret deum esse
